




# **Simplex ac dilucida expositio, qua ratione controversia de Cœna Domini orta, facile? cognosci & componi possit.**

<https://hdl.handle.net/1874/422676>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnde
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**


**More information on this collection is available at:**  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board













E. oct.  
274<sup>1</sup>.





see E. 90.274 11

# SIMPLEX AC DILVCIDA EX- POSITIO, QVA RATIO NE controversia de Cœna Domini or- ta, facile cognosci & com- poni possit.

HERMANO PACIFICO  
*Authore.*

DAMASCENVS LIB. 4. CAP. 14.

Quæris quomodo panis fit corpus Christi? Ego tibi re-  
spondeo: Spiritus Sanctus hæc operatur super na-  
turam & intelligentiam quæ non potest capere ni-  
fisola fides. Proinde cum omni timore & conscienc-  
ia pura, & fide indubitate accedamus, & omnino  
nobis fiet sicut credimus.

THEOPHILACTVS SVPER IOAN. 6.


Oportet in sumptionibus divinorum mysteriorum, in-  
dubitatem retinere fidem, & non querere, quo pa-  
clo. Animalis enim homo, hoc est, qui sequitur cogita-  
tiones humanas & animales, non est capax eó-  
rum, quæ sunt super naturam, & spiritualium: atq[ue] ita spiritualem carnis Christi esum non intelligit.  
Cuius qui capaces non sunt, non erunt vitæ aeternæ  
participes, eo quod non suscepserunt Iesum, qui est  
vita aeterna.

Impressum Francktalia.

1578.

Ex dono. Hub. Ducegeli





3

SIMPLEX AC DILV-  
CIDA EXPOSITIO, QVA  
RATIONE CONTROVERSIA  
de Cœna Domini orta, facile cognoscere & compendi possit.



V A M omnino infelici occasione, studio, conatus & rerum successu nota primum ab aliquibus, & hactenus continuata fuerit, hec de Dominicæ cœna verbis, eorumq; interpretatione tristis & clamitosa controversia ipsa, proh dolor, per se res nimis evidenter ostendit, omniumque hoc vere piorum querela & vota: quibus compositam eam aliquando libenter & ex animo vellent atque cuperent, hinculentiſimè testantur. Cum autem ista contendendi, scribendi, insectandi, maledicendi, & omnia paſsim contumelij & contumacij miscendi insanarabes, in quam hodie presertim exarserunt pseudotheologorum male Christianæ mentes, tristissimam omnium rerum non in Ecclesia solum, sed & in politijs publicæ tranquillitatis ever-

sionem apertè minetur, & quasi præforibus  
iam esse portendat, nisi clementer hoc Deus  
misericordi sua prævidentia avertat, o-  
ptandum esset serio, ut tandem saniores de  
modo & ratione, qua istarum contentio-  
num, que sicut in orientali Ecclesia accidit  
Hoc testa-  
tur dogma  
Vbi quita-  
tis.  
Gracis, alias totam Christianam fidem &  
religionem infinitis erroribus involvent, si-  
nis adhuc statui mature posset, sollicitè co-  
gitant. Non enim si modo tam facile am-  
bitiosa hominum dissidia, quam ipsam et  
hac causa componi possent, dissidendum es-  
set planè de aliqua salutari concordia, pre-  
sertim si facessant exquisitè istæ quorun-  
dam ad faciendum veritatum, & de-  
cipiendos simplicium animos excogitatæ  
fraudes & calumniae: quibus & adversa-  
rios suos invidiosè gravant mendacij, &  
verum causæ statum aut studiosè dissimu-  
lant, aut calidè & non rectè ex falso erro-  
ris præsupposito ponunt.

Vt igitur tandem aliquando si Deo opti-  
mo maximo pro benigna sua voluntate sic  
placet, ratio ex firmis & solidis cause fun-  
damentis, certoq; & immoto ipso statu ad  
componendam hanc adeo pernitosam con-  
troversiam inveniri posse, monendus est

Lector,

8

Lector, qui veritatem rei cognoscere, nec iniustis praeiudicis investigatione ipsius abduci se cupit, duo esse huins controversiae capita, in idem fere inter omnes consensus est.

I Quod in mystica Cœna externa sym- Principia  
bolorum sumptione sancta & commendata capita con-  
siste vera & realis ipsius vera carnis Christi, capita con-  
troversie.  
quatenus in mortem pro nobis tradita est,  
communicatio.

II Quod hæc carnis Christi communicatio non alio præcipue fine seu effectu fiat, Chrisost.  
Homi. 60.  
quam ut dicente Chrysostomo, per hoc my-  
sterium sese nobis in unitatem corporis & August. cas.  
membrorum coniungat et coiungat Christus, pite Christus  
ut sit caro de carne, & os de ossibus effecti, stus panis,  
caro nostra peccato mortua, carni mundæ De consecr.  
Distin. 2.  
unita, incorporata uerum cum illa effecta  
vivat de spiritu ipsius, sicut unum corpus  
vivit de spiritu suo.

III Tertium vero caput tantum est in  
controversia, an videlicet hæc verè carnis  
Christi communicatio commendata sit, hoc  
isto fine, & fiat in cœna per realem ipsius  
corporis in pane presentiam, & corporalem  
oris manuacationem: an vero spirituali  
ratione & modo perfidem.

Causa erro-  
ris & con-  
troversie.

*Califam errori atque huic etiam con-  
trovergia dedit, quod hanc de presentia &  
communicationis carnis Christi modo qua-  
stionem vulgo, non & prioribus illis duo-  
bus certis & utrinque concessis capitibus  
(à quibus tertium hoc velut consequens ab  
antecedente, seu medium ab ipsa re princi-  
pali, eiusq; proprio fine dep̄det) sed econtrā  
ratione plane preposta ab isto controver-  
so corporis in pane presentia modo, quem il-  
Hoc, id est, lievitiosa verborum Cœna interpreta-  
in, sub, vel tione male pro certo presupponunt, priora  
cum Hoc, corpus meū illa duo capita definiri velint. Cum tamen  
iste modus non solum utroque illo priore  
capite minus sit notus & certus, sed & in  
utrumque contra fidei analogiam incur-  
rat. Ut itaque de veri corporis communi-  
catione, eiusq; proprio fine & effectu con-  
stet, prius de ipsa veritate corporis, & qua-  
lis sit fidelium cum hoc corpore, que ex  
communicatione ipsius in cœna sit uni-  
tas, & coniunctio consta-  
re oportet.*

A D

7

# AD VERITATEM

## CORPORIS PRIMVM

*quod attinet, ponenda sunt  
hæc principia.*

**N**ON est alia corporis Christi *Vnde veritas corporis in Cœna definienda.*  
veritas in Cœna statuenda, quā *in Cœna*  
qualis per incarnationem af-*definienda.*  
sumpta, & quatenus in mortem tradita *Matt. 26.*  
seu pro mundi vita data est: talis enim *Ioan. 6.*  
& non alia contra hæreticos ab Eu-  
charistia probatur.

2 Qualis ab ipsa incarnatione caro *Leo.*  
assumpta fuit, ut in nostræ proprietate *Gelasius.*  
naturæ vera & nobiscum ὁμοούσιος, ta-*Cyrillas.*  
lis per mutationem esse desinens non *Theodore-*  
est amplius vera & nobiscum ὁμοούσιος *tus.*  
caro.

3 Invisibilis, impalpabilis, & incircum-  
scripta carnis in pane existentia, neq; ut  
vera & nobiscum ὁμοούσιος à Christo  
assumi, neq; in ea redemptionis & salu-  
tis nostræ œconomia, seu dispensatio  
fieri & compleri potuit.

4 Veritas carnis Christi in eucharistia *Contra cor-*  
nō est alter, quām qualis in nostrę salu-*pus ubiqüi-*  
tis œconomia fuit, consideranda. *tarium &*  
*intircum-*  
*scriptum.*

## CONCORDIA

*August. ad Dardam.* 5 Corpus Christi simul & semel in coelis & terra pluribus locis realiter prestat. *Faust.* sens statuere, atque hoc à veri corporis forma & modo segregare, est (ut Augustinus affirmat) veritatem ipsius destruere.

*Luc. 24. Tertulian. lib. 4. cōtra Marcio.* 6 Quicquid videri & palpari non potest, sed in spiritualis naturae proprietatibus, invisible & impalpabile essecepit, nec carnem, nec ossa habet, nec verum humanum corpus est, sed spiritus, seu phantasma.

*Impossibilis & veritatis contra-  
ria contradiccio.* 7 Filius Dei verbum propter hypostaticam unionem cum carne, qua unus & idem Deus & homo Christus est, perpetuo est & manet in se visibilis, & in humana forma palpabilis & circumscriptus homo: estque impossibilis contradictione propter eandem unionis causam, carnem & humanitatem Christi, sublatis seu mutatis istis suae naturae proprietatibus invisibilem, impalpabilem & incircumspectam esse, seu fieri posse.

*Falsus Christus et Deus Maozin.* 8 Christus, in quo nec sunt duæ & diversæ naturae, ita etiam diversæ & oppositæ sunt, atque manent naturarum pro-

# DE COENA DOMINI. 9

proprietates: sed qui secundum utramque naturam per corporalem in pane præsentiam invisibilis, impalpabilis & incircumscrip<sup>t</sup>us esse fingitur, iuxta Chal- *Sic Iustin.*  
cedonensis concilij definitionem, non *& Leo Ro-*  
est verus & incarnatus, sed falsus & phan- *manus ad*  
tasmaticus Christus. *Palæst.*

9 Sicut à differentibus triusque na- *Theodores*  
ture proprie<sup>t</sup>ibus duæ in Christo dif- *tus, Vig-*  
ferentes naturæ probantur, ita hoc dif- *lius, Dama-*  
crime proprietatum sublato, nec de *scenus lib.*  
Deo ut Deo, nec de homine ut homine 4. ca. 19. et  
rectè cogitare, & loqui possumus. *ib. Dialec.*

10 In una eademque natura opposi- *cap. ult. &*  
tas proprie<sup>t</sup>ates existere, hoc est huma- *contra Ace-*  
nitatem Christi simul visibilem & invi- *Cyrillus,*  
sibilem, palpabilem & impalpabilem, *Theodore-*  
circumscrip<sup>t</sup>ā & incircumscrip<sup>t</sup>am ef- *tus, Dama-*  
se, prorsus est impossibile. *scenus.*

11 Corporalis præsentia Christi in car- *Acto. I. et 3.*  
ne, secundum quam est primogenitus *Heb. 8.*  
ex fratribus, non est alibi statuenda, quā  
quo per ascensionē assumptus sacerdo-  
tium suū exequitur ad dexterā patris in  
cœlo, & unde sic redditurus expectatur.

12 Verba Dominicæ cœnæ nihil di-  
rectè, & iuxta τὸ πνῆ<sup>τ</sup>ον, de corporis Christi

## CONCORDIA

in pane præsentia, eiusq; corporali man-  
ducatione loquuntur: sed panem, quem  
accepit, fregit, & discipulis suis dedit  
**Christus** dicens: *Accipite & manducate,*  
corpus ipsius in mortem traditum esse  
dicunt.

*August. ca.  
hoc est, de  
Cœs. dist. 2* 13 Panis in Cœna fractus, & discipulis  
ad manducandum datus, est illud cor-  
pus Christi, quod invisibili veri corpo-  
ris humani forma in mortem traditum  
est.

*Flaccianus  
dogma omni-  
nis erroris  
fundamen-  
tum.* 14 Non itaq; veritate verborū Chri-  
sti, sed falso erroris præsupposito nitun-  
tur, qui non ipsum visibilē Eucharistiae  
panem, sed aliud invisibiliter, in, vel sub  
pane, reali existentia latens & conten-  
tum corpus Christi in mortem tradi-  
tum esse docent.

*Hoc faten-  
tur Pontifi-  
cij e. regis-  
te* 15 Non solū falsa & à Dominicę cœ  
næ verbis aliena, sed & veritati corpo-  
ris tui isti contraria & repugnans hęc  
argumenti consequentia & illatio est.  
*Accipite & manducate: Hoc, id est, panis,  
quem fregi & dedi vobis, est corpus meum:  
Ergo corpus Christi invisibiliter & rea-  
li existentia est, & ore corporaliter man-  
ducatur in pane.*

## DE COENA DOMINI. II

16 Veritas carnis Christi, quæ in verbis Dominicæ cœnæ de pane Eucaristiæ, ut fœs signata de signo, mystica & sacramētali locutione dicitur, seu enunciatur: cuius etiam in hac Dominica cœna verè participes efficimur, est naturalis, secundum quam nobis quoque naturalis cum Christo unitas & coniunctio est.

Hilariaste  
Cirillus.

17 Cūm panis dicitur corpus Christi, non realis coexistentia corporis in, vel sub pane, sed verbo promissionis additæ signo denotatur: visibilibus symbolis spiritualia gratiæ dona in vero & legitimo sacramento usu ex destinato ipsis fine, mystica dispensatione offerri, exhiberi & distribui: eaquæ est vera illa sacramentalis unitio, seu coniunctio rei signatae cum signo in verbo gratiæ & promissionis.

Christof. Hom. 38. in Matth.  
Brenicius ex xegesi in Io  
an. Bucer.  
in Epist. ad Herphord.  
Episcop.

18 Vera Christi caro in mortem pro mundi vita data, quæ propter Deum verbum (cuius per unionem est propria caro) panis vitæ de cœlo est, in cibum verè dari, & ad vitam ex ea in carne nostra consequendam percipi potest, iuxta doctrinam & promissionem

## 12 CONCORDIA

*Ioan. 6.* Christi Ioannis sexto , absque ulla corporalis presentiae & mandationis necessitate.

*Ioan. 6.* 19 Christus in refutando errore Capernitarum de modo & ratione manducandi carnem eius, opponit ipsorum suis.

*Athanasius.* *Theophili.* *laetus.* erroneous de  $\sigma \alpha \rho \nu \phi \alpha \gamma \iota \alpha$  imaginationi ascensionem sciam in cœlum, & spiritualem veræ carnis suæ, quam pro mundi vita datus esset, mandationem: Ergo veritas carnis Christi in Eucharistia non est corporalis ipsius in pane existentia.

*Mysterium non mutat veritatem sed representat.* 20 Mysterium propter commendatam in eo veræ carnis Christi verā communicationem, sicut nec proprietates nature, quatenus in mortali pro mundi vita data est: ita quoque nihil in ipsa carnis veritate mutat, sed ut Gelasius docet, representat veritatem & efficieniam veræ incarnationis Christi.

*Cap. Reve-  
ra de Cofec.  
dist. 2.* Hinc Ambrosius: *Vera Christi caro est, quæ crucifixa est, quæ sepulta est: vera erit illius carnis sacramentum est.*

*De fide ad Petrum capite 2.* Hinc Augustinus: *Semper incommutable manet carnis Christi veritas: quam sibi unitam divinitas gerit.*

Chri-

Chrisostomus: *Veritas corporis Christi, Ad Cœsarem monachum, otrum Apolinarii etas.*  
*cuius appellatione panis per sanctificationem sacerdotis dignus est factus: sic incorrupta natura sua proprietates retinet & conservat agnitionem: sicut ipsa natura panis manet.*

Et Leo Romanus: *Caro Christi nulla Epist. 70. ratione est extra nostri corporis veritatem.*

Et Hieronymus: *Christus assumptus pa- Cap. 26. in ne qui confortat cor hominis, veritate cor- Matth. poris sui representavit.*

Deniq; sic apud Theodoreum Or- Dial. 2. et 3.  
 thodoxus de hac corporis Christi veri-  
 tate, eiusque vera in mysterijs partici- Face sat  
 patione docet: *Corpus videlicet Christi, hic ubique quod divina mysteria representant, & cur tas.*  
*ius in hac m<sup>o</sup>steriorum institutione effici- Idem Au-*  
*mur participes, priorem suam retinere & gustinus ad*  
*habere formam, figuram circumscriptio-* Dardanum  
*nē & essentiam: quanvis immortale factū*  
*ad dexteram Patris in gloria sit collatum:* Notate hoc  
*eos autem qui aliter de hac veritate cor- Vbiquistæ.*  
*poris Christi sentiunt, & naturalium pro-*  
*prietatum mutationem in eo factam esse*  
*dicunt, non recta fide, sed frustra & su- De Incar-*  
*pervacuo antitypis mysterijs communica-* nat. Domini  
*re. Quod etiam Ambrosius & Leo in cap. 9.*

## 14. • C O N C O R D I A

Romanus probant & fatentur.

*Manducas  
tio corpora-  
lis pugnat  
cum veris-  
tate corpo-  
ris Christi.*

Cum itaq; ex his principijs, quæ non ex philosophorum, sed Sacrae Scripturæ & orthodoxæ Ecclesiæ schola desumpta sunt, constet, corporalē illam manducationem cum hac veritate corporis Christi non congruere, sed manifestè pugnare. Necesse est omnino pro definiendo illo tertio controversiæ capite, modum communicationis corporis Christi in Cœna non esse talem, qui per corporalē in pane præsentiam corporaliter & ore fiat: sed de quo Christus Ioann. 6. est locutus, sicut hoc uno consensu omnes fatentur Patres.

*In Sermo-  
ne de Cœna*

Et quidem Cyprianus pro intelligendis Cœnæ Domini verbis, monet ortam fuisse aliquando, sicut apud Ioannem legitur, quæstionem de novitate istius verbi seu dicti: quo Christus secundum carnem suam ad manducandum discipulis daturum promisit, atque ad hanc mysterij doctrinam obstupeuisse auditores:

*Verba Cœ-  
na ex con-  
silio Christi  
Ioan. 6.  
intelligenda.*

quia cum haec spiritualia sint, carnalē sensum ad intellectū tantæ proportionæ Christi funditatis penetrare non posse, nisi si intelligenda. Vult igitur Cyprianus, Christum

## DE COENA DOMINI 15

Christum spirituali docnmento discipulos suos hac mysterij doctrina de carnis suæ manducatione instruxisse, ut intelligerent, hunc esum carnis suæ, cuius in Dominicæ Cœnæ, sacramento mysticam dispensationem esset instituturus, aviditatem quandam & desiderium, certamque fiduciam esse manendi in Christo, eiique incorporatum esse.

Cum itaq; hodie eadem quæstio in Ecclesia existat: quomodo videlicet panis sit corpus Christi, & qualis sit in Dominicæ cœna tradita corporis Christi manducatio, cur non imitamur hac in parte Cyprianū, & hanc super Dominicæ cœnæ verbis motam in Ecclesia questionem, ex verbis & concione Christi Ioannis sexto, tanquam spirituali documento & doctrina mysteriorum explicanaus?

De tali carnis Christi veritate, cuius ex hac mysterij doctrina in Cœna particeps efficimur, loquitur Hilarius, Lib. 8. Trinitate. cum dicit: De naturali Christi in nobis veritate; ipse dicit: *Caro mea verè est esca, & sanguis meus verè est potus.*

*Talis est carnis Christi veritas, qui edit carnem meam, & babit sanguinem meum, in me manet, et ego in illo. Nunc enim ex ipsis Domini professione fide nostra veritas, caro est, & verè sanguis: & hac qualis est accepta atque hausta efficiunt, ut nos in nostra Christo simus & ipse in nobis sit. Anne ea unitas, hoc veritas non est? Contingat planè his verum non esse, qui Christum Iesum verum esse negant.* Quæ certè Hilarij sententia de inyisibilis carnis sub pane existentia, eiusque corporali manduca-tione intelligi nulla ratione potest.

Et sic olim initio controversiæ autores syngrammatis ad Oecolampadiū, cui Lutherus sua prefatione subscripsit, ab ipsa naturali corporis veritate modum manducationis & communicatio-nis definiendum esse verè senserunt.

*Corporis Christi veritas propter manu-tur. Corpus enim Christi, quod corporale duca-tionis seu carnale manet, non recipitur à corde, modum nō animo & fide, nisi pro ratione fidei, qua est mutatur. spiritualis. A qua sententia nisi turpis- ma defectione ex ambitiosa contradic-ti libidine discelsū fuisset, nulla nunc esset hac de re inter evangelicos cōtro-versia.*

De-

# DE CœNA DOMINI. 17

Deinde ex secundo ad ipsum esse. *Qualis sit modus mā ducationis carnis Christi ab effec-*  
Etum verè communicationis corporis Christi in Cœna, cuius potissimum fine est instituta quod attinet, si ab hoc modus ipsius communicationis definitiendus sit, ut sanè fieri oportere alibi firmissime est demonstratum, similiter constat ad hunc effectū corporalis presentiae & manducationis in pane modum, nec necessarium, nec utilem esse.

Necessarium non esse probatur: quoniam secundū illam carnis Christi communicationem, de qua Ioannis sexto dicitur: *Ipse in nobis manet, & nos in ipso;* quanvis hinc corporaliter absens à nobis in coelo sit ad dexterā patris in carne nostra sedens. Hoc autem Christum in nobis, & nos in Christo esse, est ille ipse effectus, quo membra corporis ipsius facti unum cum eo corpus sumus: *Sermo. 8.* Ac proinde cùm Augustinus dicat: *Sicut ad fratres cramentum Dominus carne ideo instituit in Eremo tum & datum esse, ut corpus in terris capiti quod est in celis coadunetur: seu, ut.* *Hom. 6.* *ad populu.* Christofomus loquitur: *Admiranda Finis Domini nobis mysteria data sint, ut sumus unum nice cane: cum Christo corpus & membra ex carne*

& ossibus ipsius. Talis autem copulatio cum Christo per communicationē carnis eius in mysterijs omnipotenti virtute spiritus Christi etiam in hac locorum distantia intet caput & coadunata corporis eius membra fiat: nulla profectō necessitas est propter hunc Dominicæ cœnæ finem & effectum, corpus Christi corporaliter in pane præsens existere & ore manducari.

*Bonaventura* Sunt enim (ut non male nec ineruditè doceat scholastici) tres præcipue in capite Christo, quo ad membra i. q. 1. et distin psius, conditiones seu proprietates.

*Etion. 1. art. 2. q. 2. in fine. Thomas Aquinas 3. parte summae q. 8.* Primo, Conformitas cum membris, quam tribuunt Christo secundum humanitatem, cuius cum tota sua specie finita natura & potestas sit.

*Colos. 2. E. pbes. 1. Cyril. li. 4. cap. 13. in Iohann.* Secundo, Principium membrorum quod ei competere dicunt ratione & respectu divinæ naturæ. Ipse est enim capitulum corporis Ecclesiæ, qui est principium, & solus habet potestatem uniendo & copulandi per spiritum sanctum membra corpori, & ex non membro membrum faciendi: unde Augustinus Neque

## DE COENA DOMINI 19

Nèque enim caro Christi principium est, Lib. I. cap.  
sed verbum per quod facta sunt omnia: 24. de Ciu-  
non ergo caro per ipsam mundata, sed per lib. II. de  
verbum a quo suscepta est. Item nec Chri- Trinit. Idē  
stus in quantum homo, dat spiritum san- Eulgent. li.  
ctum, sed solum in quantum est Deus, 3. ad Trafic  
nundum.

Tertiò, Principium vivificandi ipsa  
membra, & derivandi in ea spiritualis vi-  
tae motum & sensum, hanc proprieta-  
tem capit is tribuunt Christo secundum  
utramque naturam, diversa tamen ra-  
tione: humanae quidem naturae per  
modum meriti & dispositionis, hoc est,  
cuius merito & copulatione membra  
corporis eius vivificantur.

Non enim aliter quam plurimæ huic Rom. 11:  
corporis Christi mastæ inserti, eique in-  
corporati vivificatione gratiam perci-  
piunt, & experiuntur fideles: *Nisi quis ex Ioannis 15:*  
*enim manserit in me, ait Christus, ejus et  
foras sicut palmes, & arescet.* Et augu-  
stinus: *Caro Christus fidelium vita est, si  
corpus ipius esse non negligant.* Fiant igitur <sup>Hoc est nol-</sup>  
<sup>raria et tamen</sup> corporis Christi, si volunt vivere de spiritu Christi. Qui enim separatus est a corpore <sup>pulatio cù</sup>  
pore Christi, non est membrum Christi: Christi.

## 20 CONCORDIA

*& qui membrum corporis ipsius non est,  
non vegetatur spiritus eius: Spiritus est e-  
nīm qui vivificat: quia viva membra fa-  
cit, nec viva membra facit, nisi quem in eo  
corpo quod vegetat, invenerit.*

Divinæ autem naturæ hanc condi-  
tionem, seu proprietatem capit is com-  
petere dicunt scholastici, tanquam cau-  
ſæ efficienti, quæ im partitur membris,

*Copulatio  
membrorū  
cum capite fidem, quæ per dilectionem operatur  
nihil mus-  
tāt in pro-  
prietatibus  
humanae  
naturæ.*

Verū ab hac membrorum & corpo-  
ris cum capite Christo copulatione nō  
necessarium ant consequens esse con-  
cedunt & fatentur, quod propterea se-  
cundum humanitatem incircumscri-  
ptus sit Christus: quia idem posuit esse

*Sermo. 53.  
de verb. Do Ephes. 3 scribitur. Quo pertinet illa Au-  
gustini sententia: Quemadmodum Chri-  
stus in nobis hic, ita nos ibi in illo sumus.  
Psalm. 26.*

*Christus caput nostrum sursum in cœlo est,  
& nos deorsum in terra. Est autem ille in  
nobis hic, & nos ibi in illo sursum: nos au-  
tem fide, spe & dilectione sumus cum Chri-  
sto in*

DE COENA DOMINI. 21

*Sicut in celo, & ipse divinitate, bonitate & unitate nobiscum est in terra.*

Quæ sententia manifestè loquitur de humana Christi natura loci ratione & distantia, quæ est inter cœlum & terram à nobis absente, sed tamen in unitatem corporis & membrorum copulata & unita per λόγον. Vnde hoc argumentum conficitur.

Vera corporis & sanguinis Christi *Chrysostom.*  
communicatio, quæ tradita & sancta *Augustin.*  
est in Coena, non est alia, quam qua ex-*Leo Rom.*  
terna mysterij dispensatione fideles Christo *Cyprianus.*  
coniunguntur, uniuntur, eiisque incorporantur, ut unum cum eo corpus  
sint, ipse caput, illi membra, caro de carne, & os de ossibus eius, eaque est illa mysticæ benedictionis virtus, per quam *Cyrillus.* Christum communicatione *Lib. 10. cap.*  
carnis suæ in fidelibus (ut sic eorum caput & vitis sit) esse manere & habitare dicit corporaliter, non habitudine solidum per charitatem, sed participatione naturali.

Ad hoc atitem ut ita fideles Christo *Sic Cyril. lib.*  
corporis & membrorum copulatione *lib. ca. 21. et*  
& unione coniungantur, non requiri. *22. in Iean.*

tur, ut alibi quam in cœlo, quo ascendit ad dextram patris, sit, ibique pro nobis in redēptionis nostræ p̄cium se sistat corpus Christi: nec necessaria est ipsius corporalis in pane præsentia & manducatio.

Ergo etiam ad veram corporis & sanguinis Christi in cœna manducationem non est necessaria talis præsentia & manducatio.

*Corporalis præsentia & manducationis modus pugnat cum vero Dominica cœna efflu.* Inutilem verò ad istum effectum hūc corporalis præsentiae & manducationis modum esse inde non minus certo liquet, quod propter talem modum corpus Christi reali sua in pane existentia non tautum cœlum cùm terra per naturæ conditionem mutari & transire oporteret, eoque admissio nos adoptionis gratia excideremus: quia Christus desineret esse, ut Cyrillus dicit, primogenitus ex fratribus: cuius in hac nō consubstantiali nobiscum naturæ conditione membra fieri nō possumus. Non enim, ut August. ait, nisi secundū visibilē seryi formam, cui nos conformes faciet,

quan-

*In oratione contra libidinosos.*

*Lib. 10. cap. 6. de Cuius.*

quando reformabit corpus humilitatis *Dei & Sers-*  
*nostræ, Christi capitî nostri membra* *mone. 18. de-*  
*fumus: quia in hac oblatus est, & in hac* *verb. Apost.*  
*sacrificium peragitur communionis.*

*Quare cum invisibilis & impalpabilis* *corporis, quale ob corporalem ipsius in* *Hoc corpus*  
*pane presentiam & mandationem es-* *dicitur ena-*  
*se fingitur, membra non efficiamur, ne-* *nescere cum*  
*que sic nobis per corporis sui *xoivavias* suss specieb-*  
*coniungatur Christus, ut simus *caro de postquam* in*  
*carne, & os de ossibus eius. Necesse est *ijs corporas**  
*omnino, talem communicationis cor-* *liter est*  
*poris Christi modum esse, per quem ciu-* *sumptum.*  
*modi corporis participes simus, cuius*  
*membra & concorporales siamus, ut Hebr. ca. 3.*  
*Chrisostomus inquit. Quid est parti. Vera Chri-*  
*cipes facti sumus Christi: Vnum facti sti participa-*  
*sumus nos & ipse: quia ipse caput, nos tio.*  
*corpus coheredes & concorporales unum Corporalis*  
*corpus sumus, ex carne & ossibus ip-* *mäductio,*  
*stus.* *nō est unio*  
*cum vero et*

Et hoc est quod idem Chrisostomus *naturali*  
*non participatione solum, sed unione *corpore**  
*corpori & sanguini Christi communi-* *Christi.*  
*care nos dieit. Quod perinde est, ac si Homi. 24.*  
*diceret, cuius corporis nulla nobiscum *1. ad Cor. 10**  
*unio est, neque cui per unionem hanc,*

*l. ii. ea. 20,  
in loc.* ut concorporales ipsius coniungimur,  
eius quoque nulla participatio potest  
esse in Cœna. Vnde *Cyrillus: Virtus san-*  
*Inuisibilit etissima carnis Christi, unum corpus facit*  
*ubiquistico participantes: ea de causa comparticipes*  
*corpori non Christi & concorporales sumus.*  
*sumus con-*

*corporales.* Et *Cyprianus: Mansio & incorparatio*  
*Sermone nostra in ipso, est manducatio & potus: quo*  
*de cœna, non corporati, sed spirituali trâstitione, Chri-*  
*sto unimur, & corpus ipsius efficiimur.*

*1. Cor. 10,  
Ephe. 3.* Hęcque est illa vera corporis Christi, de  
qua Paulus loquitur, *κονωνία, quæ συγ-*  
*κονωνώνει τουτων* ipsius facit, in quā  
vocati sunt fideles, ut sint incorporati  
in Christo Iesu, qui factus est nobis à  
Deo sapientia, iustitia, sanctificatio &  
redemptio.

*Francofor-  
tensis recep-  
sus publica  
Augustanæ  
confessionis  
declaratio  
nem, 1558.* Huc referri potest Francofortensis re-  
cessus decretum: quo principes Augu-  
stanæ confessionis pro ipsius declara-  
tione & communis concordiae formu-  
la in hac de præsentia & communica-  
*Modus &* tione corporis Christi controversia, pu-  
*finis verae  
communicæ  
tionis car-* blico consensu in hanc sententiam de-  
creverunt: *Christum videlicet in institu-*  
*mis Christi to sacre sua Cœna usū, verè vivisicè &*  
*sub:*

substantialiter adesse, & nobis Christia- ex diuina  
nis pane & vino in hac diuina sua ordina- ordinatio  
tione corpus & sanguinem suum ad man- nis institu-  
ducandum & biodendum dage: ut hoc ipso to, que tan-  
testetur quod nos membra sua faciat nobis- tū respicit  
que seipsum una cum salutifica promissione fideles.  
sua applicet, ing, nobis efficax sit & opere-  
tur, quemadmodum Hilarius ait: hec hau- Ioannis 6.  
sta & sumpta faciunt, ut Christus in nobis  
sit, & nos in Christo. Sic itaq, in suɔptione Talis est  
adesse Christum, sicut Paulus ait, Panis que præsentia  
frangimus est communicatio corporis Chri- corporis  
sti. quod non aliter sed ita intelligi oporteat, cœna qualis  
panis est hoc quo nobis communicatio corpo est ipsius  
ris Christi) que ab Epiphanio, Theodoreto novaria  
et alijs, donum vocatur) distribuitur, eamq,  
sententiam necessarium esse in Ecclesia re- Solus verus  
tineri: eos autem qui hoc solum dicunt, quod sacramenta  
Christus substantialiter sacra sue Cœna non ab Augusta  
ad sit, sed quod hoc signum tantummodo sit nœ confes-  
externum signum, quo Christiani fidē sua a sionis declas-  
prosuntur, & se mutuo agnoscunt, non re. ratione ex-  
clusus, idem  
etè loqui, nec sentire.

Hac itaque publica Augustanæ cōfessi- in recessu  
fionis declaratione, verā corporis Chri- Naumburg  
sti in cœna præsentiam, & communica- A. 1561.  
tionem à modo hoc & effectu definiri Vera carnis  
Christi mā-

*ducatio est ipsius applicatio per promissionem* constat: quo filius Dei Christus, ordinatio suæ efficacitate in sumptione panis & vini scipsum nobis promissione sua applicat, nosque membra sua facit:

- ut Hilarius hæc de naturali carnis Christi in nobis veritate & unitate, ex ea quam Christus Ioan. sexto capite commendat, spirituali manducatione interpretatur.

*Contra Bul  
Im Leonis.  
Anno 20.*

In hanc sententiam olim, & ante motum cum Carolstadio certamen, Luthe<sup>r</sup> corpus & sanguinem Christi sacramento panis & vini in verbo promissionis offerri, exhiberi, & per fidem accipi contra pontificios docuit.

Sed & quia ex hac declaracione panis, quem ex instituto Christi frangunt, & sumunt fideles, est hoc quo corporis Christi communicatio, qua ipse in nobis est, & nos in ipso sumus, fit & donum hoc sumentibus contingit, eaque propter iste panis non nudum externæ tantum professionis fidei signum est. Nihil hæc profectò sive ad necessitatēm, sive ad utilitatem corporalis præsen-  
tiæ

tiæ & manducationis in pane stabilien-  
 dam , pertinere ulla ratione possunt . ut enim in actione & ordinato usu carnis Chri-  
 coenæ ministerio suo , verè & substâlia-  
 liter adsit Christus , & seipsum promis-  
 sione sua fidelibus applicet , & con-  
 iungat , eosque membra sua in qui-  
 bus efficax sit , & operetur faciat , ulla  
 necessitas vel utilitas exigit : ut cor-  
 porali coexistentia inclusione , seu co-  
 pulatione cum pane , vel ad locum pa-  
 nis assumptas in unitatem per sonæ  
 veri corporis proprietates mutet , &  
 deponet . Nam per talem præsentiam ,  
 neque impjis & infidelibus , ad quos promissi-  
 oni sacramentorum promissio eorumq; in-  
 stitutus usus & signis non pertinet : ne-  
 que etiam pijs & fidelibus , quibus  
 cum eiusmodi corpore ab omnibus  
 humanæ naturæ proprietatibus ab-  
 stracto , nulla corporis & membrorum  
 unitas & coniunctio est , applicare & con-  
 iungere se posset Christus .

Ut interim & illud ex hoc publico  
 declarationis & concordiae decreto nō  
 omittatur , unicum videlicet istum erro-

*Hoc notent  
hostes &  
turbatores  
pacis.*

rem, præter transubstantiationem pro sacramentario esse reprobatum. Quo cœna Domini exterum tantum profissionis fidei symbolum statuitur, per hoc enim veram præsentiam & communictionem corporis Christi è cœna excludi & auferri.

*Idem Bren-*  
*cius in Eze-*  
*gesi.*

Ex quibus sic etiam in hoc secundo capite à veri corporis modo eiusq; communicationis effectu actio firmissimo omnium & irrefutabili planè argumento infertur, & evincitur, modum mendicationis corporis Christi in Cœna, non esse per realem ipsius corporis in pane præsentiam & corporalem oris mandationem: libet autem hoc argumentū sic complecti & referre.

*Cyrill.lib.* in cœna probatur naturalis & corporalio. cap. 13. Ihs nostri unitas cum ipso, qualis videlicet est membrorum cum capite, & palmitum cum vitæ:eaq; ratione Christus in nobis naturaliter & carnaliter esse & manere dicitur. *Hoc enim*, ut ait Leo Romanus agit participatio corporis Christi, ut in id quod sumimus, hoc est, in

CAR.

## DE COENA DOMINI. 29

carnem ipsius, qui caro nostra factus est,  
transseamus.

At cum invisibili & impalpabili, no- Ampibio:  
apud Theo.  
Dialo. 2.  
stræque naturæ proprietatibus exuto  
corpo nulla nobis naturalis unitas est  
neque in tale corpus participatione i-  
psiis transimus, sed cum eo Christi cor-  
pore tantum per hanc in illud transitio-  
nem unimur, quod in assumpta servi for-  
ma nostri generis verum corpus est &  
cui conformes communicatione ipsius  
efficimur.

Ego tale corpus quod in pane invisi- Corpus  
Christi secundum  
dum formæ  
serui non potest  
esse in  
littere in  
autem corpus, cuius vera in myste-  
rijs commendata communicatio est, ab  
hoc veri corporis modo & communi-  
cationis suæ proprio effectu corporali-  
ter in pane præsens esse, & ore manduca-  
ri non potest, sed spirituali ratione & fi-  
de tantum: de quo sic Augustinus.

Hoc est ergo manducare panem vivum  
qui non perit, quod credere in Christum, qui  
creatus manducat invisibiliter, (hoc est spiri-

tualiter ) saginatur : quia invisibiliter renascitur , qui manducat intus & in corde , non qui manducat foris & premit dente . Item . Nolite parare fauces , sed cor . Inde commendata est nobis ista Cœna . Ecce credimus in Christum quem si de accipimus : in accipiendo novimus quid cogitemus : modicum accipimus , & in corde saginamur , non ergo quod videtur sed quod creditur pascit .

Cui argumento quod corporalis via delicit illa carnis Christi in pane existentia & manducatio ad proprium Dominicæ Cœnæ effectum , adeoque etiam ad vivificationem inutilis sit , pro confirmatione accedit , quod vera Christi caro ex Oecumenica Ephesinæ synodi definitione non aliter in Cœna ad manducandum offeratur , & communicetur , quam sicut verè vivifica est , & verbi propria caro . Hoc autem quomodo fiat atque intelligi debet , explicat synodus ex verbis & concione Christi Ioannis capite sexto .

*Synod. Eph. contra Ne-*  
*ator. Cyrill. Defensi. A.*  
*mathe. II.*

at

at invisibilis illa carnis Christi in pane existentia, neque verbi propria, neque vere vivificans caro est.

Primum quia non aliter verbi propria est, quam sicut in nostræ veritate & proprietate naturæ assumpta, est in unitatem personæ verbi. Hoc est in unitatem personæ verbi. Hoc autem est propriæ, est, quatenus non minus naturales carnis proprietates quam ipsamet caro verbi sunt propriæ, alioquin extra personalem hanc humanæ naturæ Christi naturaliumque proprietatum ipsum in verbi persona subsistentiam sti quomodo communis & seorsim per se hominis caro esset, ut voluit Nestorius.

Deinde invisibilis hæc & à coassumbris in unitatem personæ proprietatis abstracta caro non esset verè vivificans caro: quia hoc modo nō esset. Hymenosticæ & personali sua in verbo subsistentia naturaliter vita effecta, ut Deus, qua sola ratione ut panis vitæ de cœlo, & sicut caro vitæ iure dici vitæ potest

Omnis carnis Christi

subsistentia

aut est vera

bi propria,

aut communis

& seorsim per se

hominis.

Caro Christi

st quomodo

do sit vere

vivifica vi-

de Cyrill.li.

2.de fide ad

Reg.lib.10.

c.13.li. 4.c.

10.et c.14.

li.11.c.1.in

Ioan.et li.6

detrinit. et

li.11.c.21.in

Ioan.idem ful

gen.li.3. ad

Frasinum

verè est & dicitur vivifica Christi caro.

Sic enim ut Cyrillus ex Ephesinæ synodi sententia scribit. *Salutis & sanctificationis causa est participantibus, quia non Contra ubi carni ut caro est, sed naturæ verbi, hæc disquistas. vinae operationis virtus attribuitur, eo quod nullæ res, que propria opera Dei sunt facere potest, nisi substantialiter Deus sit.*

Ergo talis invisibilis in pane realiter existens caro, cum neq; verbi per assumptionem propriæ, neque verè vivificans Christi caro sit ex orthodoxa Ephesinæ synodi definitione suo proprio fine & effectu non offertur, nec communicatur in cœna.

Sicut hoc olim scribentes cōtra Oecolampiū recte senserūt auctores, syngram  
*Sed Ioannes matis: Non opinamur, inquiunt, quenquam Brencius et tam impie sentire, qui neget fidē bibere sanguinista guinem & edere carnem Christi: sic enim bido hæc dicit Ioan. 6. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Cuiusq; fidei. Na fides edit carnem Christi et bibit sanguinem eius, dum credit. Iam si fides edat carnem & bibat sanguinem, consentaneum est, carnem & sanguinem fidei esse presentia; alioqui nec edi nec bibi, aut si manuis, credi possent.*

Non

Non itaque veritatē carnis Christi in Eucharistia, neque veram ipsius ut verē vivificæ & verbi propriæ communicationem negant aut tollunt, qui ex veteris Ecclesiæ orthodoxo consensu tale hanc veritatē esse fatentur, qualis à figura, panis Eucharistiæ cōtra hæreticos & Eutychianos in salvis nostræ naturæ proprietatibus probatur.

Atque hinc etiam ciusmodi præsentiae & communicationis carnis Christi in coena modum docēt, per quem Christus in nobis naturaliter & carnaliter est, hoc est naturalem & corporalem nobiscum carnis & naturæ unitatem habere eadem ratione probatur.

Si qui sunt autem qui tertium illud, quod tantum in controversia est caput, ex prioribus illis duobus certis & magis notis, sicut iam explicatum est, definiri, tandemque hoc triste & exitiale certamen, quod tam multis iam annis ambitione præcipue quorundam vincendi cupiditate multoties mutato controversia statu gravissimè Ecclesiam exercuit, componi nō volunt, illis equidem aliud propositum & constitutum esse non posse.

*Quomodo  
veritas car-  
nis Christi  
& vera ip-  
suis commu-  
nicatio non  
negetur.*

*Sic Chris-  
tus in no-  
bis non est  
per corpora-  
lem ipsum  
māducio-*

*nem.*

*Non certus  
causa etas-  
tus.* test, quam ut hac tertij capitilis quæstione, cuius statum, non ut oportebat in eo qui panis in actione Dominicæ cœnæ fractus sit, sed quid in pane reali existentia præsens sit, planè præter scopum non rectè ponunt, totius Christianæ fidei analogiæ, Ecclesiæque Dei (ut hostes ipsius) bellum movere atque inferre se profiteantur.

*Iesuitæ in  
disputatio-  
ne Magun  
tina, &  
Thomas 3.  
parte Sum-  
mae quest.  
75. art. 2.* Debebat autem eos meritò movere, quod pontificij & Iesuitæ, qui ex hoc Evangelicorum pernitiosissimo dissidio magnos passum triumphos agunt, multo tamen magis in huius causa tractatione se gerunt ingenuè. Patentur enim palam & sine dissimulatione, catholcum dogma esse, panem non esse propriè & substanciali prædicatione corpus Christi: nec posse manente panis substantia ullam corporalē in pane præsentiam ex verbis Cœnæ probari. Tunc enim non hoc, sed hic est corpus meum dicendū fore. Itaq; cum illis pro totius causæ fundamento illud tantum est in cū Pontifi-  
*cis et Lefuis-  
tis.* quæstione & controversia: an videlicet in verbis Christi pronomen seu particula, Hoc, relativè significet panem, quæ acce-

accepit, fregit & Discipulis suis dedit Christus. Isto enim concessum, ut de pane accepto & fracto dictum intelligi debat: Accipite & manducate, hoc est corpus meum: etiam hinc necessarium concedendum esse ingenua confessione testantur, haec non simpliciter & propriè, sed mysticè & per tropum, quo res signatae de signis absque ulla corporalis existentia rerum in signis necessitate dicuntur, accipi oportere.

At verò quid magis indubiatum apud omnes rectè sentientes esse potest, quām pronomine Hoc, ex relatione ad praecedentia totoque orationis contextu demonstrari panem, quem acceptum & fractum discipulis suis ad manducandum dedit Christus? Nam hoc non solùm Paulina explicatio, quæ panem quem frangimus communicacionem corporis Christi esse dicit, manifeste ostendit, sed & verba Marci idem clarissimè omnium evincunt, cùm ait: *Et accepto calice, gratias agens, dedit illis: & biberunt ex eo omnes, & dixit eis: Hoc est sanguis meus Novi Testamenti, sanguinis qui pro multis effunditur.* Hic enim si sub vino?

*Quid signis  
ficit pronomos  
mensu  
particula  
Hoc.*

*Cap. 14.  
Vbi Hic  
corporalis  
existentia  
& potatio*

fuscati volet, quid veritate substantiæ suæ in ipso bibēdi actu fuerit illud quod ex calice biberunt Apostoli, antequam hoc per ordinem ab omnibus sic potū, postea sanguinem suum novi Testamen ti diceret Christus? non opinor cōstan ter & verè dicent fuisse ipsum realiter sub specie vīni contentum sanguinem: siquidem necdum saquinem suum es se dixisset Christus, sed potius cum Mar co fructum vitis fuisse fateri oportebit hoc, quod posteaquam bibissent Apostoli, sanguinem suum novi Testamenti vocavit: & sic verba coenæ tota intellexit antiquitas.

*Lib. 4.c.23,* Ireneus. *Christus panem qui est creatu*  
*& 34. et li. ra, corpus suum esse confessus est.* Item: *De*  
*5. pane qui est corpus Christi, nutritur, constat*  
*& augetur caro hominis.*

*In leuiticū.* Origenes. *Nam & Dominus de pane*  
*• quem discipulis suis dabat, dicebat, accipite*  
*& manducate, non distulit, nec servari ius-*  
*sit in crastinum.*

*Contra Ies*  
*• eos & lib.* Tertullianus. *Christus panē corpus suum*  
*4. contra* appellavit.

*Martio.* Ciprianus. *Dominus vocat p̄sem cor-*  
*pus suum ex multorum granorum coadu-*  
*na-*

natione congressum. Item vinifactamen- Lib. I. Epi.  
tio est, ut Domini sanguis vino intelligatur: 6 & lib. 2.  
vinum enim fuit quod sanguinem suum di Epist. 3.  
xit Christus.

Cyrillus. Credentibus discipulis frag- Lib. 4. cap.  
menta panis dedit dicens, hoc est corpus meū. 4. in Ioan.

Theodoretus. Christus in Mysteriorum Dialogo I.  
institutione panem corpus suum appellauit, & 2.  
& symbolo corporis nomen imposuit.

Ambrosius. Quomodo potest qui panis Lib. 4. de  
est esse corpus Christi? Sacra.

Augustinus. Quod in Altari Dei poni- Sermone  
tur, panis est & calix, quod etiam oculi vo- ad infantes  
bis renunciant: quod autem fides vestra po-  
stulat instruenda, panis est corpus & calix  
est sanguis Christi. Et post: Quomodo er-  
go panis est corpus eius?

Rursum autem quid magis certum es-  
se potest apud orthodoxos patres, quam  
hanc locutionem, qua fractus à Christo  
panis corpus ipsius in mortem traditū  
esse dicitur, non esse simpliciter & sub-  
stantiali prædicatione, sed mystico tro-  
po & sensu intelligendam. Sic enim Au-  
gustinus, hoc secundum quendam mo-  
dum, quo sacramentum rei, nomine rei resurrec-  
vocatur. Et Cyprianus, sicut res & signa ne.

Epist. ad Bo-  
nifacium.

Sermo de  
Crismate et  
resurrec-

significantia & significata ijsdem nominibus censemur, intelligi oportere docet. Chrisostomus dicit: panem per sanctificationem sacerdotis liberatum esse ab appellatione panis & corporis Christi nomine dignum haberi: & Orthodoxus apud Theodoreum:

*Cum panis, inquit dicitur corpus Christi, & vicissim corpus Christi vocatur panis, quem ipse daturum se promisit, Enallage est, qua Salvator noster nomina rerum cum symbolis mystici sensus locutione permutavit, hoc est, corpori quidem symboli nomen dedit & imposuit. Et vicissim symbolum corporis sui appellatione honoravit.*

Paschasius Rabbertus in sua ad Frudegardum de corpore & sanguine Domini Epistola ex Augustini ad Bonifacium sententia explicare volens, quomodo tropica locutio in Dominice coenæ verbis veritati rei non aduersetur.

*Mystica Hæc, inquit, certè mystica sunt, in quibus verba sunt veritas carnis & sanguinis est, non alterius quam Christi: in mysterio tamen & figura. Non igitur mirum, si figura hoc mysterium est, & huius mysterij verba tropica locutio appellatur.*

Quæ

Quæ cùm ita sint, quid nunc adver-  
sum hæc Iesuitæ qui superiorem expli-  
cationem & sententiam ex alia causa  
non reprehendunt nec reprehendere  
possunt, nisi quòd per pronomen Hoc,  
non panem, quem Christus accepit &  
fregit, sed individuum quoddam Vagū significari & demonstrari contumelio-  
sissima in Christum impietate & absur-  
ditate contendunt: idque cum alia ra-  
tione non possunt, cœdibus, flamma,  
ferro & aqua defendunt.

Quid verò etiam plerique ex confes-  
sionistis ferè omnes? qui et si panem de-  
monstrari & significari cum Luthero  
concedant & agnoscant: de corporalis  
tamen præsentia & manducationis in  
pane causa multo quàm Pontificij &  
Iesuitæ sentiunt absurdius, & à vero  
controversia scopo & fundamento ab-  
errant longius, in turpissimum & ex-  
crandissimum Vbiquitatis errorem,  
quo omnes hæreses ab inferis revocan-  
tur, ad extremum prolabentes.

Est autē in primis animadversione di-  
gna res, quòd isti qui tertium illud quod  
tantum in cōtroversia esse diximus caput

nō alia ratione quā realis corporis Christi in pane existētia & corporali oris mā ducatione definiendū esse censem, duo manifestē contraria huius suæ sententię principia & fundamenta ponant. Primō enim proferant ad tenorem verborum, Hoc est corpus meū : Secundo ad hypostaticam duarum naturarum in Christo unionem, & dexterā Dei, ad cuius sessionem humanitas Christi exaltata est, in omnibus locis & creaturis præsentiam, unde sic colligunt, sicut divinitas Christi & dexterā Dei est ubique, ita quoque corpus & humanitatem ipsius propter hypostaticam illam cum verbi divinitate unionem & ad dexteram patris sessionem, ubique esse fateri & comedī oportet.

*Augustinus  
& patres dicunt. Caro  
Christi mā ducatur ut  
humilis.*

*Argumentū ubiquistarum.*

Quod autem ista duo principia contrarijs rationib⁹ & fundamentis nitantur, inde perspicue intelligi & constare potest: nam si corporalis præsentia causa est ordinatio & omnipotentia Dei in verbo, ante verba & actionem cœnē, corpus Christi à pane corporali absentia ab esse fuerit necesse. Hinc dñm dicit solebat, præsentiam corporis Christi tātum in

*In articulis  
concordiae.*

# DE COENA DOMINI. 41

esse in usu & non extra usum. At vero si in hypostatica unione & dextera Dei ubique praesenti corporalis istius in pane existentie causa potatur, non solum in usu & actione coenæ sed perpetuo & semper sicut in pane, ita quoque in omnibus creaturis corpus Christi una cum divinitate & dextera Dei, cui personaliter unita & ad quam exaltata est, realiter praesens adesse concedendum erit. Quia videlicet divinitas Christi hanc suam proprietatem realiter communicet corpori & humanitati sue, ut ubique & in omnibus creaturis, adeoque etiam in pane Eucharistiae ad dexteram patris sedeat.

Quod Ioannes Brenckius postquam a priorre sua adversus Zwinglium & Oecolampadium in singrammate & exegesi Ioannis animosè defensa sententia defecisset, primus omnium in Ecclesia docere coepit, & hodie Iacobus Andreas pro Augustinæ confessionis explicatione obtrudere conatur. Sic autem uterque nunc docet. *Magicum dogma seu in cantamentum esse, credere et sentire corpus Christi antea à pane absens, post recitationem verborū cœna realiter presens in eo fieri, & è cælo adducere*

*Manicheus dicebat phænomenon in corpore Christi coram omnibus Ezechiel. O monstrum doctrinæ.*

*Aliter docet recessus Fratrum burgensis.*

Lib. Recor<sup>ci</sup>  
 gnitionis  
 fol. 16. pro<sup>n</sup>  
 tocol. Hei<sup>z</sup>  
 delb. fol.  
 287. & se<sup>z</sup>  
 cundo scri-  
 pto Iacob.  
 Andr. cōtra  
 Heidelb.  
 fol. 61.

credendum esse, corpus Christi u-  
 niversalis sua ubique præsentia in omnibus  
 locis & creaturis iam ante & semper per  
 unionem personalem & modum sessionis  
 ad dextram præsens adesse. Alioquin  
 nisi hoc comedatur, nihil aliud Christum  
 corpore suo facere oportere, quā ut incessabi-  
 li motu ascendere et descendere, et ab uno loco  
 in alium migrare cogatur. Quæ si Augu-  
 stanæ confessionis sententia est, aut quia  
 nunquam sic hactenus intellecta fuit  
 nullam etiam ipsius certam sententiam  
 fuisse, aut hodie ex hac explicatione ip-  
 sius, nullam incipere fieri oportet.

Iste liber bo-  
 die dannas-  
 tur ut Cal-  
 uiniannus.

Rectè autem de hac principiorum  
 contrarietate D. Lutherus in sua præfa-  
 cione ad syngrammata Suevorū, qua li-  
 brum hunc adeo commendat, ut pro  
 doctrina & confessione sua eum habe-  
 ri velit, pronunciat evidentissimum  
 erroris testimonium esse, ubi diversa  
 & contraria doctrinæ fundamenta po-  
 nuntur.

Non solum autem contraria ista cor-  
 poralis præsentiae principia, contrarias  
 ex se gignunt sententias, quæ se mutuo  
 destru-

destruunt & evertunt, sed & isti qui priore illo principio ex verbis Dominicæ cœnæ nituntur nudo tantum verborum Christi pretextu, at nec verbis nec sententia ipius ad stabilienda propria sua commenta rectè utuntur.

Primum enim, quia verbo Dei nec addi nec detrahi quicquam ab homine debet. illud demum verè Dei verbum est & dici potest, cui nihil est additum, aut *rum cœnæ* in quo nihil est immutatum: at *qui in probari.* *Corporalis  
præsætia nō  
potest ex te  
nore verbo*  
probanda reali corporis Christi in pane existentia hisce verbis, hoc, id est panis quē fregi, & dedi vobis, est corpus meū, contineri & effici dicunt corpus Christi realiter esse in pane, aliquid verbis Christi addunt, eaque immutant. Non enim hoc, quod in alio existit propriètati, & cor vel est vel dici potest esse illud, in quo corpus Christi existit. Cum itaque plane diversa & non *Aliud est in  
verbis et sese  
super panis est*  
*in pane.*  
æqui pollentia sint, panem quem fregit & dedit Christus esse corpus ipsius in mortem traditum: & invisibile Christi corpus in pane realiter existere: sicut nec illa æquipollentia sunt, accipere & manducare panem quem porrigens Christus corpus suum esse dicit.

Et corpus hoc simul cum pane corpora  
liter & ore manducare: propterea quod  
alius ex perpetua fidei analogia naturæ  
sacramentorum magis conveniens My-  
sterij modis esse poslit: quo videlicet  
propter spiritualem rerū in verbo pro-  
missionis gratiæ, & recto sacramentaliū  
signorum usu divinitus institutā & san-  
citam communicationem res signatae  
dicuntur de signis, & sacramentum rei,  
nomine rei vocatur: quam ut ipsa per  
hoc res signata reali sub signo existentia  
in unitatem masse & subiecti copuletur,  
frustra omnino ad probandam hāc cor-  
poralem in pane præsentiam & mandu-  
cationem ad verba Dominicę cœnę eo-  
rumque tenorem & proprietatem pro-  
vocatur. Mirandum est autem cum talis

*Guitmūn -* cōiunctio corporis cum pane iam olim  
*dus & Alge* ante quingentos annos pro imparatio-  
*nus.* ne Christi, ut impia damnata & anathe-  
matizata fuerit in Eccles. Romana, quo-  
modo D. Martinus Lutherus ausit affir-  
mare, se in hac causa cum veteri Ecclesia  
ipsisque adeo pontificijs credere & sen-  
tire. Corpus Christi definitivè esse in pa-  
ne, hoc est, corporaliter & verè.

*In confessio-*  
*ne parua.* Non

Non ita prōfecto cōtra Zwinglium  
& Oecolampadiū, sed longē aliter &  
rectius aliquando sensit Brencius : Prin-  
cipio, inquit, monēdū est lector quae sit sum-  
ma nostrā cōtroversia de sacramento cōe-  
næ questio: non querimus an panis substanc-  
tia mutetur in corporis Christi substātiā, verbis cōe-  
ut sola accidentia panis remaneant: de his nā non est  
nugis dispuṭent vani papistæ, qui ex quo vis de corporali  
quidvis singunt: Nec querimus, an in pane p̄senta et  
carnaliter corpus subsistet, quemadmodum mādūcatiō-  
ratio humana in pane corpusculum quod-  
dam solet imaginari: in hac nugari i-  
maginatione occupet se prudentia carnis:  
nos fidei non rationis humanae causam tra-  
ctamus. Itaque hoc solum querimus, an pa-  
ne & vino cōnæ per verbum distribuatur Quare pas-  
& donetur fidei nostræ corpus & sanguis nis dicatur  
Christi? Hoc si comprobatum fuerit, ma- corpus Cbri  
nifestum deinde erit, quare panis dicatur  
verè corpus Christi & vinum verè esse san- Adde ca-  
guis: Et pōst, Restat itaque, panem non esse  
ideo corpus Christi, quod mutetur in corpus, Corporalis  
aut quod imaginatione carnali corpusculū in panē pre-  
quoddam in pane subsistat, sed quia per pa- séria est nua-  
nem fidei nostræ distribuitur corpus Christi; gax imagi-  
Et post, Verum est quidem corpus per panē natio et pru-  
detia carnis

In Exgesi.  
Ioan. cap. 6.

Status que  
stionis ex  
verbis cōe-  
ut sola accidentia panis remaneant: de his nā non est  
nugis dispuṭent vani papistæ, qui ex quo vis de corporali  
quidvis singunt: Nec querimus, an in pane p̄senta et  
carnaliter corpus subsistet, quemadmodum mādūcatiō-  
ratio humana in pane corpusculum quod-  
dam solet imaginari: in hac nugari i-  
maginatione occupet se prudentia carnis:  
nos fidei non rationis humanae causam tra-  
ctamus. Itaque hoc solum querimus, an pa-  
ne & vino cōnæ per verbum distribuatur Quare pas-  
& donetur fidei nostræ corpus & sanguis nis dicatur  
Christi? Hoc si comprobatum fuerit, ma- corpus Cbri  
nifestum deinde erit, quare panis dicatur  
verè corpus Christi & vinum verè esse san- Adde ca-  
guis: Et pōst, Restat itaque, panem non esse  
ideo corpus Christi, quod mutetur in corpus, Corporalis  
aut quod imaginatione carnali corpusculū in panē pre-  
quoddam in pane subsistat, sed quia per pa- séria est nua-  
nem fidei nostræ distribuitur corpus Christi; gax imagi-  
Et post, Verum est quidem corpus per panē natio et pru-  
detia carnis

*significari: attamén verum est, ita significari, ut corpus præsenter fidei nostra non distribuatur.*

*Quid ad  
hæc tādem  
dicetis ubi:  
quissta e?*

Hæc olim de veritate verborum Dominicæ cœnæ, & quomodo panis sit corpus Christi Ioannes ille Brencius: qui contra sacramentarios scribere videri voluit, cuius sententia si valeat & retineatur, iam omnis hodie inter Evangelicos sublata controversia erit, & cessabit illa subtilis de nudis & vacuis signis excoigitata calumnia.

*Canon  
Nicennus.  
Theodorez-  
tus.  
Entynius et  
alij.*

Quod si veteris & purioris Ecclesiæ consensum hac parte sequi libeat, ideo panem à Christo corpus ipsius in mortem traditum esse dictum fatebimur, quia accedentes ad Sacra mysteria, non voluit intentos esse ad eorum quæ proposita sunt naturam, sed ad virtutem ipsorum & gratiam,

*Libro de cor-  
pore et san-  
guine Do-  
mini.  
Recta com-  
municatiū  
fides.*

Hinc illa Paschafij ex hac mysteriorū doctrina ad communicantes admonitione. Hoc mysterium, ait, dum communicas, dilata sinum mentis tuæ, & emunda conscientiam tuam, & percipe non quantum exhibet mīca & dente premitur, sed quantum capit fides. Etsi enim colorem & saporem

rem carnis minime præbet hoc mysterium  
 virtus tamen fidei & intelligentia qua ni-  
 hil de Christo dubitat, totum illud spiritua-  
 liter intus sapit & degustat. Nam vera Quo sensu  
 Christi caro & sanguis vera fide creditur et modo my-  
 & spirituali intelligentia degustatur. <sup>sterium sit</sup> <sup>corpus et sā</sup>  
 interior noster homo divina intelligibiliter  
 per Christi gratiā accipit ac per ea virtute  
 fidei Christo concorporatur. Per ignoran-  
 tiā autem misterium illud percipit qui  
 nescit verè quod corpus & sanguis <sup>sa</sup> Do-  
 mini secundum veritatem, licet in sacra-  
 mento accipiatur per fidem: & hī quidem  
 misterium accipit sed nescit mysterij vir-  
 tutem. Et Eusebius Emissenus: Cum ad Cap. quia  
 reverendum altare ibis, spiritualibus sa- corpus de cō  
 crandus accedis, sacram Dei tui corpus fide sec. dist. 2.  
 respice, mente contingē, cordis manus su- Hinc Augu  
 scipe, & totum interioris hominis haustu rare fauces  
 assume. sti. nolite pa  
 sed cor.

Deinde etiam & secundò ad senten- <sup>Interpreta-</sup>  
 tiam & interpretationem verborū Chri- <sup>tio verborū</sup>  
 sti quod attinet: siquidem ea debet esse <sup>cāne de cor</sup>  
 fidei analogia, hoc est, cum reliquis ar- <sup>porali p̄rā-</sup>  
 ticulis fidei & scripturæ dictis consen- <sup>sentia non</sup>  
 tiens, nulla amplectenda eiusmodi <sup>est analogia</sup> fidei.

interpretatio est, quæ in alios fidei articulos incurrit, sicut hæc de corporali in pane presentia obliquo interpretationis sensu introducta opinio facit. In ea enim præsupponi oportet, corpus Christi quod antea non alibi quam ad dexterā patris in cœlo fuit, ubi suo regno & perpetuo sacerdotio fungitur, iam propter verba Dominicæ cœnæ in pane realiter præsens adesse incipere. Item corpus hoc Christi, quod antea in assumptis humanae naturæ proprietatibus visibile, palpabile & circumscriptū in glorioſa illa sua in cœlum ascensione permanſit, nunc mutatis & depositis hisce proprietatib. hac sua reali in pane existentia iuvisibile in palpabile & incircumscriptum fieri

*Hot patres* coepisse. Quæ præsupposita, quia ex verdicunt pugnare cum *Veritate incarnationis* borū Christi tenore directo nō sequuntur, nec aliunde testimonium in scriptura habent, sed potius in multos scriptu-

ræ locos incurruunt, ideoque falsa sunt.

Falsa est quoque illa, qua ista nituntur, interpretatio: adde quod si corpus Christi reali existentia in pane Eucharistiæ esse ponatur, necessario concedendum sit, aut iam antè & priusquam verba cœnæ recita-

# DE COENA DOMINI. 49

recitata fuerint adesse, aut ab ipsa verborum Cœnæ recitatione primū præsens fieri, atque sic ad locum panis, ubi anteā non fuit, corporali adventu venire. Alioquin quotsum in manducatione panis Eucharistia tundiu mors Domini annunciarī iubetur donec yeniat, si, qui anteā corpore suo in cœlis à pane absens fuit Christus, absque ullo ad ad panem è cœlis adventu corporali se præsentia in pane sistere credendus est?

i. Cor. ii.

At primū dici non potest, obstantibus hisce Scripturæ dictis: *Expedit vobis ut ego vadam: nisi enim abiero, Paracletus ille non veniet.* Item, *Recessit ab ijs & serebatur in cœlum: item, Qui est ad dextram Dei profectus in cœlum.*

Ab hac enim sua in cœlum profectione & ascensione ipsemet Christus carnis suæ corporalis, hoc est, quā corporis ore fieri oportet, manducationis impiam imaginationem in Capernaitis refutat, inquiens: *Hoc ( scilicet quod de manducatione carnis meæ dixi) Vos scandalisat. Quid igitur si videritis Filium hominis ascendentem, ubi erat prius? quasi diceret, Filium hominis vi-*

Corporalis  
præsentia  
in pane nul-  
lus modus  
dari potest.  
qui in Scri-  
pturæ dicta  
non incur-  
rat.

Argumen-  
tū Christi  
cōtra corpo-  
ralem in pa-  
ne præsen-  
tiam.

Ioan. 6.

d

## 50 CONCORDIA

debitis ascendētem in cōlūm, ubi erat priusquā inde descendēns fieret homo. Ergo hinc intelligere potestis, mandationē carnis ipsius nō debere fieri corporaliter, nec corporalē eius ad hoc præsentiam rēquiri. Eodemq; modō Epistola ad Hebræos propter sacerdotium quod ad patris dexteram in cōlō pro nobis apparēs exequitur Christus, negat ipsum esse super terram: *Talem, inquit, Pontificem habemus, qui consedit in dextera throni maiestatis in excelsis, &c.* Si vero esset super terrā, nō esset sacerdos, cūm essent, qui secundum legem offerrent munera.

*Hebr. 8.*

*Christus  
nō exequi-  
tur sacerdo-  
tiū suū  
corporali  
p̄senta in  
pane.*

*In Leviticū*

*Rom. 10.*

Vnde Origenes: *Pontifex nō st̄tus non utique in terra querendus est, sed in cōlō, & per ipsum hostia offerenda est*

Deo. Paulus quoq; Apostolus cūm ait: *Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in cōlūm? Hoc enim est Christum ex alto deducere.* An non hoc rursus ex alto Christum deducere, & tamen simul quoq; per ascensionem in cōlō esse velut inter se cōtraria opponit? & quatenus ex alto rursum deducitur, per hoc in cōlūm ascendisse negari oportere sentit?

Al.

# DE COENA DOMINI.

si

Alterum similiter dici non potest: non enim aliunde quām ē cōelo, nec etiam aliter quām sicut visibiliter abiit & recessit corporali sua p̄senta exper̄tandus est Christus, Angelis hoc ita testantibus: *Hic Iesu qui assumptus est à vobis, sic veniet quemadmodum vidistis Acto.2.* <sup>3. Sic</sup> *eum euntem in cōlum.* Et dicente Petro: <sup>Augustin.</sup> *Quem cōlo suscipio oportet usque ad tempora restitutio nis omnium.* Ergo cūm realis istius p̄sentiæ corporis Christi in pane modus, neq; à perpetua ipsius hīc apud nos tali mansione, neque dreditu seu adventu ad panem causam habere, atq; ita cum alijs articulis fidei & Scripturæ dictis consistere possit, sed prorsus sit inexplicabilis, non est sine claro & certo Dei verbo, quo corpus Christi realiter in pane existere doceremur, ob liquo tantū verborū seniū, per interpretationē, cuius ratio (quomodo videlicet cum ceteris scripture dictis consentiat) lū: semper constare debet, introducendus.

Et hoc est quod Augustinus in Sermonc ad infantes, seu populum, myste- <sup>Veteris Ecclie docebat</sup> riū Domini nīc cōnē explicaturus, isti nō <sup>eterna, quia</sup> recte verborum Christi intelligentię & <sup>populus instituebatur</sup>

interpretationi, de substantiali existentia corporis in pane, opponit articulos de veræ carnis Christi assumptione ex virginie, ascensione in cœlum, & sessione ad dexteram patris: ex quibus infantium & populi fidem instruendam esse vult, ut rectè intelligant, quomodo panis sit corpus, & viuum sanguis Christi:

*In verbis eorum aliud sensus, aliud fides videt.* ait autem: *Quod in altari Dei vidiſtis, panis est & calix, quod etiam oculi vobis renunciant. Quod autem fides vestra postulat instruenda, panis est corpus & calix est sanguis Christi. Breviter quidem hoc dictum est, quod fortè fidei sufficiat, sed fides instructionem desiderat, nisi enim credideritis, non intelligetis potestis ergo dicere mihi: Prærepisti ut credamus, expone ut intelligamus. Potest enim cuique talis contum contra corporalem citatio oboriri: Dominus noster Iesus Christus nonne carnem ex virginie sumpsit? in pane p<sup>o</sup>stum. cruci mactatus est? sepultus, tertia die resurrexit? & quo die in cœlum ascendere voluit, illuc levavit corpus suum: inde venturus est ad iudicium: ibi modo est sedens ad dexteram Patris: Quomodo ergo panis est corpus eius? & calix seu quod habet calix, sanguis eius?*

*Argumen-* tūm contra corporalem in pane p<sup>o</sup>stum. *Intelle-* cū Christi.

*Quæſtio-* de intelle- cū Christi.

# DE COENA DOMINI. 53

Hic quæſio notet lector hanc ipsam quæſtionem esse, de qua hodie tanto-pere contenditur. Hanc verò dum ſic movet Augustinus, an non perſpicuè fatetur & ostendit, iſtos notiſſimos fidei articulos dē vera Christi incarnatione, ascensione in cœlum & ſeffione ad dexteram Patris manifestè pugnare cum ſimplici & literali iſto verborum Dominicæ coenæ ſenu, quo panis credoretur eſſe reipsa corporis Christi ſubſtantia? Hanc enim non ex panis ſubſtantia factam, ſed ex virgine aſſumptam, & in cœlum ad dexteram Patris collocatam dicit, ideoque non hīc in terra quæren-dam eſſe vult. De quo ſic alibi: *Ascendit ad cœlū, ibi ſedet ad dexteram Patris. Hoc audiant & teneant.* Respondet aliquis: Te nebo absentem? Quomodo in cœlum manū querendus mittam, ut ibi ſedentem teneam? Fidem & tenen-  
nitte & tenuisti, parentes tui tenuerunt carne: tu tene corde: quoniam absens Chri-  
ſtus etiam præſens eſt: niſi enim præſens eſt, teneri non poſſet.

Sentit igitur Augustinus, ſi corporis Christi ſubſtantia in pane ponatur, eo quia panis dicitur corporis Christi, ar-

*Adde lib. 3.  
cap. 10. de  
Trinitate.*

*Tracta. 50  
in Ioan.*

*Christus  
fide in cœlo  
nebo absentem?*

*Fidem & tenen-  
dit, teneri non poſſet.*

*Corporalis  
præſentia  
in pane pu-*

*gnat cum  
veritate in  
incarnatio-  
nis.*

## 40 CONCORDIA

ticulum de veritate incarnationis ex hoc sensu verborum Cœnæ non constare: propterea quod sicut ab initio Christus absque naturalibus veræ carnis proprietatibus non potuisset verè incarnari: ita quoque ijs per corporalem in pane existentiam sublatis & mutatis, Christus desinet esse verè incarnatus. Hinc Patres dicunt, Naturales corporis proprietates assumptas esse à Christo in testimonium & confirmationem verè & non phantasmaticæ incarnationis:

*Leo et Oe-  
cumениus.*

*In Catechesi*

*Qui enim semel*, ait Nyssenus, *homofieri decreverat, huc proprieta-  
tes humanae naturæ omnes necessario su-*

*Proprietas scipienda erant. Et in Synodicis epi-  
tum muta-  
stolis contra Monothelitas scribitur,  
tio est utri-  
sublata proprietate naturali & essen-  
tia-  
tionali, ipsam quoque naturam cum ea  
re ablato.*

perimi est necesse. Itaque Eranistes apud Theodoreum pro Eutichete disputans, ab hac proprietatum mutatio-

*Dialog. 2.*

ne carnem Christi in divinam natu-  
ram transiisse probaturus: *Si aliquid  
manceret, inquit, quod humanam na-  
turam ostenderet, non esset facta divina  
mutatio.* Contrà quod cùm sic à Domini-

nic

## DE COENA DOMINI 55

nicæ coenæ symbolis & antitypis inferrat Orthodoxus: *Corpus Christi quod divina mysteria representant, retinet suam formam figuram et circumscriptiōnem, sicut ipse panis & vini typus facit.* Ergo non est pro ad Ars facta in divinam naturam mutatio. An chetypum. non ex hac istius argumēti inversione colligi & inferri posse fatetur? Si tolli à Christi corpore forma, figura & circumscriptio potest: Ergo in divinā natūram facta est mutatio, & consequenter hoc ipso Christus desijt esse incarnatus.

Idē sentit Augustin. de articulo ascensionis in cœlū, & ad dexteram Patris sesione, quod cū videat & intelligat cū *softomus*, corporali in pane præsentia consistere nō posse, configuit pro conciliatione istorum articulorū cū verbis cœnæ ad spiritualē mysterijs intellectū: quo sicut suo modo fideles corpus sunt Christi, quorū mysterium in Dominica mensa positū est, ita quoquam panem & vinū quæ vidētur esse corpus & sanguinē Christi, quæ credūtur & intelliguntur, & quorū ista sunt mysteria: sic aut̄ pro instruenda infantium & populi hac de re fide, ex generali omniū sacramētorum natura &

*Idem subrà  
Chrissto-  
mus Arguz  
men. de Ty  
pe ad Ars  
facta in divinam natūram mutatio.  
Hoc fatez-  
tur Cyrill.  
3. Tomo  
Cœcil. folio  
168.*

*Idem Theo-  
doret. Dial.*

ratione respōdet suprà factę quæstionи.

*Responsio* *Ista, fratres, ideo sacramenta dicuntur,*  
*superior = quia in illis aliud videtur & aliud intelli-*  
*re quæstio = gitur. Quod videtur speciem habet corpo-*  
*nem, & in = structio si = ralem, quod intelligitur fructum habet*  
*dei. spiritualem. Corpus ergo Christi si vis in-*  
*telligere, audi Apostolum dicentem fide-*  
*libus: Vos estis corpus Christi & membra:*  
*si ergo vos estis corpus Christi & membra,*  
*mysterium vestrum in mensa positum est,*  
*mysterium Dei accipitis, & ad id quod e-*  
*stis, Amen respondetis: audis ergo corpus*  
*Christi, & respondes Amen. Esto membrum*  
*corporis Christi & verum sit Amen tuum.*

Hic si Augustinus peculiarem fidei articulum Dominicæ cœnæ verbis de corporali præsentia & manducazione corporis Christi in pane contineri sensisset, intelligere potuisset hanc ipsius ex communis Sacramentorum ratione desumptam responsionem, qua ideo

*Cœna Do-*  
*minica con-*  
*stat corpora*  
*li symbolo-*  
*rū specie &*  
*spirituali*  
*eorum fru-*  
*etu.* panem corpus Christi esse, & dici vult,  
 quia videlicet in eo quod videtur &  
 speciem habet corporalem, illud quod  
 creditur & fructum habet spiritualem  
 sic à fidelibus percipitur, sicut ipsi per  
 hoc corp s & membra sunt Christi,  
 proorsus

# DE COENA DOMINI

57

Prorsus nulla ratione esse accommodatam. Et hoc magis etiam omniumque clarissimè confirmant quæ alibi sic scribit inquiens. *Commendavit nobis Dominus in hoc sacramento corpus & sanguinem suum quod etiam fecit nos ipsos: nam & nos corpus ipsius facti sumus & propter misericordiam eius quod accipimus nos sumus.* Item: *Non dicendi sunt manducare corpus Christi qui in corpore non sunt Christi de Ciuitate nec in membris eius sunt computandi: non enim possunt esse simul membra Christi & meretricis.* Et post: *Sic enim hoc dixit qui manducat carnem meam & biberit sanguinem meum in me manet & ego in eoz: quem diceret qui non manet in me & in quo ego non maneo non se dicat aut existimet manducare corpus meū aut bibere san-* guinem meum, licet carnaliter et visibiliter in loan.

*premat dentibus sacramentum corporis & sanguinis.* Item: *Qui discordat a Christo nec carnem eius manducat nec sanguinem biberit nisi tanta rei sacramentum quotidie ad iudicium presumptionis sua accipiat.*

Sed hīc querat aut obijciat aliquis si ex sup̄ius adducta Chrisostomi sententia sic panis a Christo corpus ipsius esse

*Cap. commē  
davit de cō-  
secre. dict. 2*

*Lib. 21. cap.  
24. & 25.*

*Tracta. 26.*

*Cap. 4. dis-  
cordat. de cō-  
secr. dist. 2.*

*Obiectio.*

dicitur, quia videlicet visibili hoc panis symbolo spirituale & intelligibile corporis Christi donū offertur datur & exhibetur, quomodo hoc omnibus qui sacramento utuntur aliter quam corporali præsentia in parte offerri & accipi ab ijs potest?

*Responſio.* Ad hoc parata responſio est, quod quæ de mystica sacramenti dispensatione di-

*Sermo de cunctis in qua ut Cyprianus & patres dicis.* *et de Crifon.* cunctis sunt res & signa, significantia & significata corporalia & visibilia sacramenta, & invisibilis eorum virtus seu gratia, ex instituto ipsorum usu & fine, qui una cum verbo promissionis gratiæ, cuius sacramenta sunt addita signa, tantum pertinet ad verè fideles, intelligantur. Ab

*Vſus inſtitutus ex p[ro]p[ri]o suo fine respicit fidem.* hoc instituto usu eiusque proprio & destinato fine constitutum est sacræ scripturæ, ut signis rerum nomina imponat, & à mystico signo seu symbolo argumentum summat ad ipsam rem signatam.

*Sacramen[t]ales loca.* Sic baptismus aquæ dicitur à Paulo lavacru regenerationis in sanguine Christi, & baptisati in unum corpus baptisan-

*Augustin.* tur Christo, induuntur, & in mortem ipsius complantantur, quod tamen non  
de

## DE COENA DOMINI 59

de Simone Mago nec alijs impijs & inpenitentibus, sed de verè fidelibus ex instituto usu & fine in verbo promissionis gratiæ est intelligendum, sic & eodem modo Paulus panem qui frangitur κοινωνίας communicationem corporis Christi esse dicit, argumentum hinc à fracti panis sumptione ad communicationem corporis Christi sumens, in verbo videlicet & instituto fidelium usu, de quibus post dicit, unus panis unum corpus sumus quotquot de uno πανε participamus. his enim verbis Paulus sic à sumptione fracti panis ad κοινωνίαν corporis Christi, qua participantes κοινωνοι ipsius efficiuntur argumenti illationē facit, sicut ab unius panis in Dominicę cōnē mysterio participatione ad unitatem panis & corporis Christi mystici, quæ est Sic Cypria. unitas Ecclesiæ fidelium in Christo prorūsus.

Ambrosius,  
Augustin.  
Cyrillus &  
Chrysost.

sus eadem ratione argumentatur ad dē- terrendos hic ab Idoloticon usu Corinthios, qui per hæc κοινωνοι diabolorū fiant, atque ita simul cum Christo κοινωνίας habere, eiusque socij & comparticipes esse non possint.

Duplex ar-

gumentum

Pauli à se-

gno ad rem

signatam i.

Corint. 10.

Vt autem hoc argumentum Pauli:

Quotquot de uno pane participamus

unus panis & unum corpus sumus: quod

sumptum esse constat ab usu sacramen-

talis signi ad rei signatę participationē,

non potest ex instituto usu & fine myste-

rij locum habere nisi in solis verè fideli-

bus & non in impijs & Hypocritis: ita

quoque prius illud argumentum à sum-

ptione fracti panis ad uowas corporis

Christi non habet locum nisi in illis qui

de uno pane participantes unū in Christo

corpus fiunt: sicut hoc certè Græcus

Sic liturgia

Basilij.

Oecumeni-

nus.

Vera corpo-

ris Christi

nosvavia ad

quā non est

necessaria

corporalis

in pane

præsentia.

Ab effectu.

scholiaстes intellexit & explicavit. Pocu-

lum benedictionis, ait, nonne communica-

tio sanguinis Christi est? Nos enim Christo

agglutinat & coniungit sanguis ipsius ut

membra capiti per participationem, & pa-

nis quem frangimus nonne communicatio

corporis Christi est? Hoc est nos in commu-

nionē corporis Christi agglutinat. Vnde autē

hoc manifestum est? Quia unum corpus

sumus & vocamur omnes qui Christo con-

iuncti seu coagmentati sumus tanquam

unius corporis capiti. Item Bernhardus:

Calix cui benedicimus nonne comuni-

cationis sanguinis Christi est? Calix id est com-

In die pu-

ficationis.

mun-

## DE COENA DOMINI. 61

municatio calicis facit nos habere quandā communionem cum Christo & panis quem frangimus nonne communicatio corporis Christi est? ac si dicat panis quem frangimus facit nos unū corpus cum capite Christo. Hoc est. ut explicat recepsius Franco-fordensis: panis est illud quo sit cōsonatio cū corpore Christi quod certè nō aliter quām ut dictum est ex instituto sacramenti usu in verbo eiusq; proprio fine de fidelibus intelligi potest.

Valet igitur ista argumenti à signo ad *Hinc sacra-*  
rem signatam illatio propter ordinatio- *mentum di-*  
nem Dei quasi ex promissione & pacto *citur visibi-*  
in recto & in ~~in~~stituto sacramentalium & *le verbū.*  
mysticorum signorii usu quo sacramen-  
ta idem quod promissio præstant & hoc  
quod exterius figurat interitus efficiunt:  
ut Pascasius ait, *Sacramenta hoc sunt in-* *Vfus institu-*  
*terius in veritate quod exterius creduntur* *tus non pos-*  
*virtute fidei.* .Et hoc sibi verè vult illa *test separa-*  
regula: nihil habet rationem sacramen-  
ti extra usum divinitus institutū: Cuius  
regulæ hæc ratio est quod sacramento-  
rum res seu dona verbo promissionis  
quod ijs est additum offeruntur sub cō-  
ditione fidei & ritus legitime secundū

*Mystica dispensatio sacramenti cōstat signo et re signata.* mentem instituentis servati. Etsi itaque in mystica illa sacramentorum dispensatione ex Chrisostomi sententia sensibili signo seu symbolo panis intelligibile signata. Ie & spirituale corporis Christi donum offeratur & exhibetur: cur tamen non omnes ex æquo hoc verè & re ipsa accipiant, eius hanc causam pro responsione

*Homili. 73. in Mathe.* ne adfert Chrisostomus. *Quod igitur ait non omnes inde lucrum consequantur, id certe non illius causa qui maximè hoc optat accidit, sed eorum culpa qui eum suscipere*

*Christus nō ab omnibus in sacramētū suscipiātur, sed tan- tum à rege-* nolunt. *S*ingulis enim fidelib⁹m per hoc my- sterium sese coniungit & conglutinat, & *quos ipse regeneravit non solum* nutriendos tradit, sed ipse studioſissimè alit. non sunt tur, sed tan- *la cœna confecit. ipse, nunc quoque opera- tur, ipse perficit nos ministrorum locum, & ordinem tenet.* qui vero hæc sanctificat & transmutat ipse est.

Cæterum ut rebus iu sacramento sensibilius spiritualia & intelligibilia dona sicut offeruntur & exhibentur, ita etiam verè accipiantur, requirit Chrisostomus *Id ē Damas- scenus li. 4. cap. 5. 13. 14.* nō animalem seu carnalem tantum, sed duplē ex anima & corpore compo situm

situm & regeneratum hominē, ut secundum corporalis & spiritualis cibi inter se analogiam, quadā habitudine sensibilis res panis, & intelligibile seu spirituale corporis Christi donum duplicitis se hominis, *hoc est corporis & anima respectu* Idem Bren  
cius in Exe  
ge. in Ioan.  
*habeant & conferantur quemadmodum*  
*sensibili aquæ baptismi signo intelligibile &*  
*spirituale regenerationis donum offertur et analogia*  
*contingit. Atque sic, ut ait Augustinus, in mysterijs*  
*sacramentis visibilia visibilibus & spiri-*  
*tualia spiritualibus respondeant.*

Huc facit quid Damascenus scribit: Li. 4.c.14.  
*quisquomodo panis sit corpus Christi? Ego tibi respondeo. Spiritus sanctus hoc operatur* Idem Lutbe-  
rus in Ser-  
mo de mor-  
capere nisi sola fides. Proinde cum omni ti-  
more & fidic indubitate et conscientia pura  
*accedamus, & omnino nobis fiet sicut credimus.* te & novo  
Testam.  
Et Theophilactus: *animalis homo qui in divinorum mysteriorum sumptione* Cap. 6. in  
Ioan.  
*sequitur cogitationes humanas etcarnales,*  
*non est capax eorum que sunt super natu-*  
*ralium, atq[ue] ita spiritualē carnis Christi esum* Christus in  
sacramento  
*nō intelligit: cuius qui participes nō sunt, nō suscipitur*  
*erūt vita aeterna participes, eo quod nō suscepit spirituali-*  
*perunt Essem qui est vita aeterna. Item:* ter ut vita  
eterna.  
*quis cum carnis sit possit suscipere*

*spiritualem cibum & panem qui de cælo  
descendit & carnem que comeditur.*

Hocque est quod veteres patres mysticam hanc distributionē esse definiūt quo sub rerum visibilium tegumento virtus divina secretius eorundem salutē

*Communi-  
catio rerū  
cū signis est  
mystica &  
spiritualis  
virtus seu  
gratia sacra  
menti.*

& gratiam in communicatione rerum cum signis operatur. *Spiritus sanctus enim ait Paschasius, qui est pignus Ecclesiae omnia hæc sacramentorum mystica arcanē sub rerum visibilium tegumento ad salutē fidelium operatur. Ex illo enim per aquam in Baptismo regeneramur et virtute ipsius*

*Spiritualia Christi corpore quotidie passimur & san-  
dona quo- guine potamur, quamvis non visu exterius modo rebus nec gustu saporis comprehendantur sed quia sensibilibus spiritualia sunt fide & intellectu pro certo, accipiuntur. sicut prædictum veritas caro mea verè est ci-  
bus & sanguis meus verè est potus, plenissi-  
mè sumuntur.*

Proinde non valet hæc vulgaris istius argumenti illatio: Corporis Christi substantia adest, offertur & exhibetur in sacramento: ergo adest realiter in pane & corporaliter ore sumitur & manducatur. Christus enim sacramentis suis in uestitu & actione adest quasi ex divinitate promissio-

# DE COENA DOMINI. 65

missionis pacto quo se carnem suam in cibum & sanguinem in potum non alio fine nobis quām ad vitā inde percipiēdām daturum promisit. ad hoc autem ut ita nobis caro Christi sit cibūs, & sanguis potus, nulla requiritur per naturālū proprietatum mutationem corporalnis ipsius in pane sive præsentia sive māducatio. Christus enim non propter panem adest, sed propter sumentes: nec panis se communicat, copulat & cōiungit, sed singulis fidelibus servantibus ritum sacramenti modo & fine iustituto, ut sint unum cum eo corpus. Carnale est igitur, ut Chrysostomus ait, dubitare quomodo absq; corporali præsentia & manducazione Christus nobis possit carnem suam verè ad manducandum dare, cum hoc mysticæ & spiritualiter sit intellegendum. mystatia enim omnia interiorebus oculis, hoc est spiritualiter, sunt intuenda.

Et sic Bernhardus carnis Christi substantiam in sacramento adesse, & ad māducandum dari docet, nō carnaliter, sed spiritualiter, sicut de hoc Christus apud Ioannem inquit: *Nisi manducaveritis carnes meas*.

*Homili. 45  
in Ioan.*

*Sermo. de  
S. Martino  
et Sermo. 3.  
super psal.  
Qui habet*

*Christus ut  
in nobis ha-  
bitat ita in-  
trat per fidē  
ut nobis  
fiat iustitia* nem meam & biberitis sanguinem meum non habebitis vitam in vobis. Sic itaque corpus Dominicum à nobis in sacramēto accipi ut sicut videtur forma illa pa- nis in nos intrare: ita noverimus Christum intrare in nos ad habitandum per fidem in cordibus nostris. Cum enim iustitia ingreditur illum ingredi qui factus est nobis iustitia.

*Georgius Maior in li-  
bro contra prophana-  
tionē cœnæ anno 49.  
& 55.* Ne quis autē existimet hæc sic ex calvinistarum schola nunc demum proferri placet Georgij Maioris Vvittenbergensis Theologi ex libro quē contra falsam prophanationem cœnæ Dominicæ scripsit sententiam pro confirmatione superiorum referre. Verba accipite & manducate, ait, *hoc est corpus meum quod pro vobis traditur* sunt verba promissionis quibus Christus promittit in vobis sub pane se corpus suum cum remissione peccatorum nobis super verba corporis mentibus & fide, promissionem acceptantibus (sine qua nulla sacramenta prosunt) trahitur. Nō enim propter benedictionē aut effectiua characteres adest Christus in sacra cœna sed propter promissionem suam: *hoc est corpus meum quod pro vobis traditur*, sicut enim certum est præsentem esse Christum cum iuxta

iuxta ipsius institutionem & promissionem  
 & praeceptum populus convenit ad cele-  
 brandam sacrosanctam ipsius cœnam &  
 memoriam, adest enim propter usum qui fit  
 iuxta ipsius mandatum & adest volens nō  
 tanquam magicis benedictionibus aut ca-  
 racteribus coactus. Item sacramenta sunt In sacramē  
 externa signa coniuncta cum promissione in tis sunt sis  
 quibus Deus sua dona & beneficia offert & gna exters  
 cōmunicat. Cū itaq; verba institutionis sint na & pro-  
 verba promissionis, ergo opus non prodest sine missio.  
 propria cuiusq; fide promissionē accipientis.  
 Hęc ita tunc cōtra pōtificios & omnē sa-  
 cramentorū prophānationē ex Vitten  
 bergensis scholæ sententia adhuc vivo  
 Philippo Georgius Maior: unde longè  
 aliud esse constat corpus Christi verbo  
 promissionis in pane ut sacramento of-  
 ferri & fide promissionem hanc acce-  
 ptantib; distribui: aliud verò substanciali  
 existētia in pane aedesse & contineri.

Ex quibus consequitur verba Augu- Verba Aug  
 stanæ confessionis quib. docetur, cū pane gustanæ cōs  
 et vino verè exhiberi corpus & sanguinem fessionis  
 Christi vescētib. in cœna Domini: Neq; iux- quonq;odo  
 ta nō p̄n t̄v, & ex pprietate neq; ex iusta & Dei intellif  
 fidei analogia sc̄tētia verborū Dominicę genda.

de corporali præsentia & manducatio-  
ne corporis Christi in pane intelligi pos-  
se & debere. Non enim aliter cum pane  
& vino verè exhibentur corpus & san-  
guis Christi, quām sicut panis & vinum  
sunt corpus & sanguis Christi in mortē  
pro nobis tradita: at panis & vinum non  
ideo sunt, ut supra dictum est, corpus &  
sanguis Christi, quia realiter & invisibi-  
liter sub pane existant & corporali præ-  
sentia contineantur, sed quia cum visi-  
bili signo seu symbolo panis & vini vir-  
tute & gratia spiritus sancti corpus &  
sanguis Christi pro ineffabilis mysterij  
modo & ratione fidelibus, in quibus so-  
lis, ut Augustinus ait, sacramenta hoc ef-  
ficiunt, quod figurant, in salutarem &  
vivificum animæ cibum & potum dis-  
pensantur. *Sic etiam dicente Cypriano*  
*Crisimate.* virtus divina potentes in myste-  
riis operatur, ut adsit veritas signo & spiritus sa-  
cramento.

Eoque modo per verba cœnæ. Hoc est  
corpus meum, mystica dispensatione  
corpus & sanguinem Christi tanquam  
spiritualia gratiæ dona sensibili panis &  
vini symbolo dari & distribui pro rece-  
pta

pta Catholice Ecclesiæ sententia docet  
 Chrisostomus, inquiens : *Quoniam ille*  
*dixit, hoc est corpus meum: credamus, & o-*  
*culis intellectus id perspiciamus & intuea-*  
*mur.* Nihil enim quod sensibile sit (hoc est,  
 quod sensibus percipi possit) traditum est  
 nobis à Christo, sed rebus sensibilibus omnia Dona intel-  
ligibilia fi-  
sunt. Sic & in baptismo per aquam que res de & intel-  
sensibilis est, donum illud quod in ea confi-  
letu percir-  
piuntur.  
 intelligible est. Nam si incorporales essemus  
 unde (hoc est absque sensibilibus rebus seu  
 symbolis) incorporea nobis tradidisset. Quo-  
 niam vero duplex est homo, & corpori con-  
 iuncta est anima, in rebus sensibilibus intel-  
 ligibilita dona (id est qui non sensibili ac-  
 tione corporis, sed spirituali mentis & fidei mystica dis-  
 intelligentia percipiuntur) traduntur. Analogia re-  
rū corpora-  
lium et spi-  
ritualium in  
spēsatione.  
 Hinc igitur patet, quomodo panis & vi-  
 num corpus & sanguis sint Christi. Et  
 quomodo hæc ex rerum corporalium  
 & spiritualium analogia totius hominis  
 ex corpore & anima compositi respectu  
 vescientibus in cœna distribuantur: qua-  
 ut Augustinus explicat, id quod in sacra-  
 mento visibiliter & carnaliter foris & den- Sermo. 2. de  
verb. Apost.  
et trattat.  
25. & 26.  
in Ioan.

*se sumitur in ipsa veritate intus spiritualiter manducatur & bibitur.*

Hanc perpetuā in veteri Ecclesia sententiam fuisse testatur venerabilis Beda.

*Lucae 22.* *Quoniam panis ait carnem confortat & vinum sanguinem in carne facit, ideo mysticē corpus ad panem & vinum refertur ad sanguineū: seu ut Isidorus Hispalensis ait. Panis & vinum corpori & sanguini Domini comparantur. Et Bertramus ad Carolum Regem: *Mysteria panis & vinum non quod exterius videntur: sed quod interius divino spiritu operamte facta sunt, accipiuntur quod fides aspicit, animam nuda signa pascit & aeternā vitā substantiam subministrat dum non attenditur quod corpus pascit quod dente premitur quod per partes comminuitur sed quod in fide spirituāliter accipitur.**

Et hanc verborum dominicæ cœnæ explicationem amplexus & secutus est olim, antequam apostaticus ille ubiquistarum invalesceret spiritus eamque *Hac quæso prolixè contra Zwinglium & Oecolam attenit cōſi padium defendit Ioannes Brencius & deret Lett. tota cum eo Suevorum Ecclesia. Sicut inquit,*

## DE COENA DOMINI. 71

inquit. Homo duplex est internus & exterius spirituali & carnalis : ita quoque in sacramento offertur per verbum interno & spirituali homini suum donum hoc est spirituale. Extero autem suum hoc est externum. Proinde in sacramento exhibetur corpus non solum externo homini externum & sanguis signum sed etiam interno homini res & veritas ipsa pulchra scilicet dispensatione ut externus homo habeat sua externa cognata & spiritualis interna sibi conuenientia. Nam ut Baptismus duo habet : Aquam & verbum: corpus in Baptismo aquam sensibiliter accipit quia lavatur fides verbum quo lavatur internus homo ; sic eodem modo cena Dominica duo habet, panem & vinum & verbum : corporis os accipit panem & vinum sensu , prater enim panem & vinum aliud non sentit , os fidei accipit etiam suo sensu corpus & sanguinem, Ita ut corpus habeat in sacramento corporalia signa & fides spiritualia dona hoc est rem ipsam & veritatem. Hec iterum sic Brencius ex consensu Ecclesiarum Sueorum, quae cur hodie ut Zwingliana & Calviniana damnentur, explicit

Quomodo  
pane & vis  
no exhibea  
tur corpus  
Christi.

Vbi hic core  
poralis in  
pane mādu  
catio.

& ostendant aliquando tandem isti dominatores fidei, si ullus in ijs pudor, si conscientia, si veritatis amor & aliqua adhuc religionis veneratio supereft.

Monendi sunt autem postremò & ipsi principes Germani, qui Evangelio Christi nomen dederunt, ne contra veteris & primitiè Ecclesiæ morem, præ-

*De hoc con-  
stare potest  
ex singram  
Exegeſi Brē  
cij in Ioan.*

iudicijs, sed legitima causæ cognitione rem tantam agi patientur, utque diligē-  
ter apud se pro componendo isto hoc  
dissidio expendant, quibus à principio  
controversiæ rationibus, antequam por-

tentosa invalueret Vbiuitas, componi illud commodè potuerit. & anno postea trigesimo octavo magna ex parte inter Martinum Lutherum & Helveticos, si-  
cūt hoc acta Concordiæ testantur, com-  
posita & transacta fuit. Quod ni fiat, me-  
tuendum erit, ne iusto Dei iudicio pro-  
pter motam & in Ecclesiam invectam de ubiuitate, seu omni presentia car-  
nis Christi in omnib. locis & creaturis ab hypostatica ipsius unione cum ver-  
bo, absurditate sua execrandissimā con-  
troversiam tota Christiana: religio in  
principiis doctrinę articulis infando de-  
trimento afficiatur.

Cogi-

Cogitate quæslo, ô Principes, & accu-  
ratè apud vos animo reputate, quām  
sepe sanctus ille & æterna memoria di-  
gnus vir Philippus Melanchton, pro te-  
stificatione sententiæ suæ scripsiterit, &  
conquestus sit hoc affectato vestrorum  
Thcologorum dissidio, eorumq; pro-  
tervis clamoribus, iniustis præiudicijs  
& condemnationibus idola & par-  
ricidia Monachorum  
stabiliri.

CARMEN D'E COE-  
NA DOMINI ET VERA  
corporis Christi nouacvicia,in quam vo-  
cati sunt fideles 1.Cori. & 10.

 *sacra cœlestis mense contiuua, quorum  
Et cibus atq; hospes Filius ipse Dei est.  
Eas mihi uestra Dei secreta recludere verbo  
Mystica tota p̄ijs concipienda fide.  
Eas labyrinthis ambagibus eruta sacra  
Kursus in illustri sistere tanta loco.  
In quibus ipse noui sancitum Paschatis agnus  
Viniſi pascens corda beata cibo.-  
Huc age Christe tue Cœna q; interpres et author,  
Qui uia qui uitæ es semita, solus ades,  
Effusoq; tuum mihi detege numine peclus  
Quod tibi supremæ tempore noctis erat,  
Quia iam mortis eras aditus tristis agonem:  
Qua tibi cura fuit maxima nostra salus:  
Tunc ubi discipulis ceu uitæ panis edendum  
Ipse dato corpus pane datus eras.  
Quando tuo calicem precioso sanguine tingens  
Ceu uitis uitæ pocula uiua dabas,  
Grande relicturus testati pignus amoris,  
Sicubi nutaret languida forte fides.  
Dulce relicturus specimen, qui debeat inter  
Corporis unius membra come fauor:  
Tu mihi da tantis de rebus prompta loquenti  
Verba, sed à uerbo non ali. na tuo,*

Pcl-

Pelle procul nebulas præceptaq; somnia carnis  
Eloquium recti dirigat unus amor.

Dum precor, exaudit cui sunt communia mecum  
Omnia cœlestis spiritus utq; caro.

Dum loquor, aspirat; Cœna est communio Christi  
Sanguinis & carnis sumptio facta fide.

Pane dato, uiniq; sacro uenerabilis haustu

Christost.

Fœdere coniungens nos propiore Deo,  
Insertosq; fide Christo quasi membra bonorum  
Nos quoq; participes illius efficiens.

Christus ut in nobis sit & ut nos simus in ipso  
Vnius atq; omnes corporis una caro:

Hæc sunt illa Dei mysteria magna tremenda,  
Que quia non stupida mens ratione capi

Nunc uel in idolum cultu prepostera uertit,  
Vel uana euacuat mente prophana caro.

Que cum frateri propriè sint nexus amoris,  
Materiam præbet litibus inde Sathan.

Qua ratione manus in cœlum mittimus, inquis,

Augst.

Vt Domini corpus percipiamus ibi?

Mitte fidem, & quem carne tui tenuere parentes.

Quando tenere ne quis corpore, corde tene.

Sola fides manus est que in cœlo apprendere Christū  
Præsentemq; sibi sistere certa potest.

Que procul hinc distant fidei præsentia fiunt,  
Vt bona quantumuis mente remota feras.

Namq; sacramentis hæc competit unio rerum,

Vt res signatas nomine signa gerant

Et quæcunq; notant credentibus omnia præstant  
Signa foris sensu, res tamen ipsa fide.

Synagor  
mij & e  
sis Breve  
in doce.

Sæpe velut rebus datur appellatio signi

Translati causam nominis usus habet.

Ciprianus. Christus enim fidei est quod panis corporis ori,  
Hic vegetat corpus pascit at ille animam.

Theodore. Sic nova collata est elementis gratia, ne iam  
tus. Nuda suis rebus dicere signa queas:

Cunctorum siquidem sunt exhibitora bonorum  
Quæ promissa sibi iungere quemq; iubent.

Augustin. Symbola non sanctis fieri convicia debent,  
Nec tamen idoli sunt statuenda loco.

Ne vel in excessu vel in ipso deniq; pecces

Defectu, media est semper eunda via:

Nam sacra signatis pro rebus sumere signa  
Servilis plane est debilitatis opus.

At spoliare suo quoq; fructu symbola vani

Atq; vagabundi pectoris error erat.

Contra nulla signa. Nam quæcunq; notant credentibus omnia præstant  
Signa foris sensu, restanen ipsa fide.

Quid corpus Domini præsens in pane requiris?

Ipse suo præsens nomine Christus adest,

Se tibi non panis totum communicat, ad te

Dicta, nec ad panem mystica verba sonant.

Exegesis. Nulla fit in corpus Christi conversio panis:

Brentij. Materialis enim panis ut ante manet:

Nec sub pane latens illa est substantia carnis,

Inq; sacerdotis constituenda manu:

Corporis at Domini communio panis in usu est

Autoris verbo sic stipulante Dei,

Vt comedens calicemq; bibens pro funere Christo

Hic memori grates pectore letus agas.

Tu certus Christum esse tuum teq; illius esse  
 Symbola quam certis sensibus alma capis.  
 Crimina non dubitans in se tua tollere Christum  
 Vi tibi det meritum iustitiaeq; decus,  
 Non dubitans Christum caput in te velle manere,  
 Et tibi se flatu consociare suo:  
 Ut de carne caro factusq; ex oſſibus eius  
 Carne morti discas vivificatus Adæ  
 Tamq; cœnitus quæ munda dat omnia carni  
 Flaminis eiusdem membra uigore regas.  
 Unio non ullis hæc tollitur interuallis,  
 Ut neq; conta etis corporis ullus adest.

Augustin.

Non ea momenti breuis est præsentia tantum  
 Quam gustata diu fers elementa labris  
 Longa, sed ad uitæ se extendens tempora durat,  
 Quo te cunque alibi uult Deus esse loco,  
 Siue domi in uincis sacra procul actus ab æde,  
 Seu foris in medijs hostibus exul agas:  
 Vsus enim sumpti quondam tibi corporis usum  
 Tunc uel in extremo mortis agone dabit.

Addi quod hæc uires communio sumit in horas  
 Infiniatq; magis cordam agis.

Tu modo tanta geri quoniam mysteria cernis  
 Huc affer tantis orgna digna bonis  
 Et quia quotidie peccas è corpore Christi  
 Pharmaca peccati quotidiana pete.

Augustin.

Quid dentes uentremq; paras ad corporis esum  
 Crede, comedisti: modo credis, edis.  
 Non diuinæ potest absumi gratia moris  
 Ut Christum comedas non opus ore, sive est.

Syntagma Venter quod terimus, mentem quod credimus, intrat:  
Brentij. Ac anima est, et non corporis, esca caro:

Obiectio 1. Ergo nuda capit Christum speculatio, dicens,  
Ni corpus praesens illius ore premam?

Responsio. Nam quod in exhibito non pane realiter extat,  
Id praesens alia non ratione datur.

Falleret. Anne fides credentis opinio tantum?

Num tibi uana uage est mentis imago fides?

Non ita: quippe rei est ipsius hypostasis, atque  
Indubitata animi Plerophoria fides.

Immotis ueluti rationibus argumentum

Quae non sunt oculis obvia, certa probans.

Quae sibi promissis affixa tenaciter haerens  
In uerbo et signis, quae bona, credit, habet.

At tam certa quidem quam que comprehendimus, immo  
Certius, ac manibus se teneantur habet

Nam contenta manu tibi fortior eripit hostis,

Sola fides nescit uim generosa pati:

Quae positis intus thesauris laeta triumphans

Per flamas per aquas inuiolata manet.

Praesidio secura Dei quam nulla latronum

Tormina non animis eruat ipse Sathan

Non alia ratione fides uictoria mundi est,

Omnibus hac Christi lege potita bonis.

Vt sapias, nugis carnalibus abstrahere mentem,

Error opinantis non habet iste locum.

Obiectio 2. Ergo fides infers tantorum causa bonorum,  
Visque sacramento debita sic tua fit?

Responsio. Non ita. Sed quicquid prstant mysteria, scilicet  
Efficiens uirtus tota ferenda Deo est,

Qui

Qui sacra, quæ uerbo semel ordinat usq; tuetur,  
Hisq; suo coram numine liber adest:  
Sola sed oblatum cœlesti munere donum  
Ceu mendica manus suscipit omne fides,  
Quam uelut ex pacto promissio lat a requirit,  
Irrita ne fieri munera tanta uelis.

Cumq; modo triplici res queq; nol obui a sensu,  
Vel ratione tibi, uel capienda fide:

Vna fides restat, qua Christum apprehendere possis,  
Cum neque at sensu uel ratione capi.

At caro si Christi modo spiritualiter esca est

Obiectio 3.

Non caro, sed quod edo spiritus, inquis, erit:

Non res, sed ratio modò spiritualis edendi est,

Responso.

Naturam mutat non modus iste rei.

Manducata fide carnis substantia Christi

Non ideo per se definit esse caro,

At tu quale tibi tua fingit opinio corpus,

Ne facias spectrum spirituale caue.

Sed quid in indignis? si mens modò credula Christum

Sumit, an his mendax incipit esse Deus?

Nulla licet Christi communio talibus unquam,

Vox tamen illius constat ubiq; sibi,

Quæ se cum signis promittit et omnibus offert,

Oblatumq; iubet sumere quemq; fide.

Quem uelut opposito si reycis obijce, culpa

Tota tibi soli, non tribuenda Deo est.

Certa sed in proprio semper promissio sensu

Immota fidei conductione manet,

Ore quidem panem Domini manducat Iudas,

Sed panem Dominum non edit absq; fide.

Chrisosto-

mus.

Theophila-

tus.

Augustin.

Obiectio.4 At Deus illustrat nullo discrimina dicis

Sole suo reprobos non minus atq; bonos:

Ergo etiam uirtus indignos mystica tangit.

Vt corpus Domini corporis ore teram.

Responsio. Siccine cum rerum confundes ordine Coenam

Quo natura unum seruat agendo modum:

Non physica constat uirtute potentia uerbi,

Actio non magicis uiribus ista ualet.

Quae datur in Coena pacto data gratia constat,

Quam solo fidei percipit ore pius.

Nec constans ratio est hec, res datur omnibus, ergo,

Quod datur hoc omnes protinus accipiunt.

Nonne die medio radijs subducere corpus,

Qui magis in tenebris vult latitare, potest?

Quid mirum coeco si excludat pectore solem

Iusticia, Christum, mens inimica Deo?

Cum pia precipitur cum signis meatio Christi,

Copula non ullo dissoluenda modo est.

Regula Sacramenta-

lis.

Forma Sacramenti uero consistit in usu

Voce sua qualem sanciit ipse Deus.

Hec ritum pariterque fidem coniuncta requirit

Quae nisi coniugas actio uana fuit

Obiectio.5 Coporis: at qui nam, quod nunquam contigit ore,

Iudicijue potest impius esse reus?

Responsio. Error in obiecto est causaq; latente reatus:

Immediata putas, an mediata fuit?

Sola Sacramenti uiolantur symbola Christi

Glorificata nequit uim caro uera pati

Chrisostomus, Cy-

Illareos faciunt, nam cum uiolantur abufo

prianus. Ordo prophanatus non lcue crimen habet

Hec

Hæc reiecta procul quia corde repellitur absens  
 Dicitur in læso vim quasi pane pati:  
 Qui quia vulgaris iam virtus cessat haberi  
 Grandis in hoc etiam crede reatus inest.  
 Ceu Domini sanguis pedibus calcatur eorum  
 Qui tacita tradunt proditione fidem.  
 Spernitur in spredo maiestas regia sceptro.  
 Aut quæcumq; suo rex iubet esse loco.  
 Et non ille reus quoq; corporis esset in esca  
 Quæ caro quæ sanguis debuit esse Dei?  
 Ut violes aliquid non protinus illud ibidem  
 Ipsare præsens esse necesse fuit.  
 Fallor an indignos adeo quia corporis eß  
 Participes quanuis absque salute cupis,  
 Te quoq; sponte refers in eorum conscius agmen.  
 Indignos animæ quos fateare cibō?  
 Cura prior fidei sit ut ipso in corpore vivus  
 Surculus ad cœnam repperiare vide.  
 Ecquis in indignis erit obsecro corporis usus  
 Si quoque non illis provenit inde salus?  
 Scilicet ut Christi quæ fert communio vitam,  
 Omnibus his mortem iudiciumq; ferat.  
 Neve malos dicas sine corpore sumere panem  
 Hæc potius dicas, orba salute caro est.  
 Atq; ita divellas divino à corpore vitam  
 Et cum pane modo massa sit una caro.  
 Non ea vivificæ natura est carnis ut ullus  
 Summè tem interimat participata modo  
 Incola nam vitam quam spiritus inserit illi  
 Rursus in utentes exerit inde caro.

Contra ab-  
 utentes in-  
 dignorum  
 manduca-  
 tione

Hæc lignum uitæ est è cuius stipite uiua  
 flumina ex eterne uite alimenta fluunt.  
 Hæc et saluifico quæ rotat sanguine uitis  
 Restinguens animæ debilis unda sitim.  
 Qui bibit hunc potum qui tali uestitur esca;  
 Non feret ille famem non feret ille siim.  
 Sicut enim propriæ dñm uiti insertus adhæret  
 Irriguo succum germine palmes habet,  
 Ut sensum motumq; trahunt è corpore membra  
 Integræ dum capiti continuata manent  
 Semina sic uitæ Christus derinat in omnes  
 Sanguinis ex carnis traditione sue,  
 Quæ quicunq; sibi fidei non applicat usu  
 Quanta superstitio cætera cunq; fuit  
 Aridus ex ueluti nativa à uite reuulsus  
 Palmes ut abscisso uertice truncus hiat,  
 Cui commune nihil Christi est cum corpore, ne dum  
 Sumat ab hoc aliquem corporis ore cibum.  
 Hæc cœno prius Dominus sancta deinde  
 Tollat ex in Coena uero manere neget?  
 Absit: Ad hunc etenim sanctæ mysteria finem  
 Notior ut uerbi luceat inde fides,  
 Confirmata quibus, quibus obsignata sigillis  
 Illis in dubium dogmata nemo uocet.  
 Sacrilegus Domini uenerabile TESTAMENTVM.  
 Mutat, ex è fundo destruit ille fidem,  
 Id est finis sa eramenti & sacramenta facit quisquis Contraria uerbo,  
 uerbi. Doctrinæq; aliud fingit habere genus.  
 Vna Dei uox, una salus, uiaq; uni salutis;  
 Vna uoluntatis norma tenenda Dei est.

Quam

Quam cum pontificum grege religione prophane

Christicolis ingens est uolare nefas

At non uera minus sunt uerba nouissima Coenæ,

Obijcis, ut nullo reuictenda modò.

Non is uerba negat qui sensum querit eorum

Qualis in authoris notio mente fuit.

Nam cum falsa Dei deponuat opinio uerbum;

Iam propriè uerbum desijt esse Dei.

Si quæ obscura uides confer cum pluribus unum

Plura nec ex uno discutienda pia.

Plurimi scripture corrumpere dicta necesse est

Errat in unius quia ratione loci.

Et tamen hanc adeo, licet haud intelligat, urget

Eius ut ad normam cogere cuncta uelit

Semper hic innumeros errores protulit error

Omnibus hinc lectis heresis ora fuit.

Si que dico negas: idolum facta deinceps

Coena Sacramenti cessat habere locum.

Nam quoniam corpus Domini quicunque locorum

Extat, adorandum lex generalis habet:

Quid prohibet panem quin huic prostatus adores

Et ueluti presentium non in honore colas?

Nam licet in specie non cultum in parte requiratur,

Christus ubique et in dignis honoribus suo est.

Nec ualeat effugium: caro pane recondita Christi

Non ut adoretur sed comedatur adest:

Quippe nec in terris sibi nos seruire iubebat

Cum patiens serui sumeret ipse uicem

Et tamquam in stabulo puerum præsepe tenentem

Legitimus uotis tunc coluere magis.

Obiectio 5

Responsio

Irenetus

Tertullianus

A contrarijs

Ita tenet  
Lutherus  
ad Vualden  
nes & contra  
Carolstad  
dium.

Corpus enim hoc presens ubicunq; realiter extat  
 Non hominis simplex sed Caro uera Dei est.  
 Ergo patrocinium dum uanus hic obtinet error,  
 Pompa refutari Persica tunc nequit,  
**Deus**  
**Maozin.**  
 Quin super hoc fulcro stat monstrū ummāne Maozin  
 Et uelut inducto missa colore nitet.  
 Sacrifico panem cum tractans more sacerdos  
 Se manibus natum dicat habere Dei  
 Quem Patri oblatum supplex proponat in ara  
 Ceu mediatoris iussus obire uicem:  
 Cuius ibi meritum uiuis simul atq; sepultis  
 Applicet. Hac operis religione sui  
 Promeritus ueniam miserorum suplice ritu  
 Obuiā qui patribus pignora cetera geram.  
 Quid? Quid sacrilego Calicis scelerata rapina  
 Hoc quoq; Pontifici stat stabilit dolo.  
**Opus ope-**  
**ratum.**  
 Quando suo uiuum comitatum sanguine corpus,  
 Sub specie exhibitū sadare panis ait?  
 Quin operis tenebras operati ex parte reductas  
 Hac ratione suo iure ualere liquet.  
 Sumpcio sit simplex etenim communio Christi est.  
 Omnibus illa licet facta sit absq; fide:  
 Propter opus sequitur contingere Corpus edentē  
 Et tamen indignis absq; salute dari.  
 Ergo quod ex una reprobatum parte negasti  
 Rursus id ex alia parte subinde probes.  
 Inde supersticio crescit simul impia plebis  
 Respicit externa que rude carnis opus.  
 Que foris attonito modo Vultu dedita signis  
 Tam stupido ritum more profana colit.

Sancta

Sancta parum reputans animo mysteria, quid nam  
Christus in attentis mentibus intus agat.

Qui semel insedit persuasio futile ac si  
Oris opus summus sit pietatis apex.

Nulla Sacramenti ratio est extra illius usum  
Actio legitimo nam retinenda modo est.

Adde quod hinc uerbi quoque firmamenta labascunt  
Omnes et in fundo corruit acta fides.

Ne carnalis enim patiatur opinio fraudem  
Fulcra uacillanti pralia questruuntur.

Totus ut est Christus sic Christi corpus ubique est,  
Nec minus ac Deitas omnia completatis.

Quod alioquin unitus toto cum corpore totus  
Distrahatur haud illa se ratione loci,

Vtque nec ipse alioquin locus est ita nullibi certo  
Finitum spatio corpus habere queat,

Quin alibi simul atque semel quoque sistat id ipsum  
Pro maiestatis conditione sua:

Sensibus hic nullis capiendum sensibus illic,  
Vna eademque licet constet utrumque caro.

Idque magis calos quia nunc transcenderit unum  
Aequali retinens cum patre sede thronum.

Sic alioquin aut finis carnem uel in infinitum  
Pandis, uel de uno corpore plura facis,

Falsaque dum misces ueris et sacra prophanis  
Simplicibus fucum ludibriumque facis.

Nam tibi quod ratio personae incognita Christi est.  
Inde tot ambages hic labyrinthus agit.

Vnusceu semel est naturis facta duabus  
Vtraque sic salua proprietate manet.

Regula.

Obiectio.  
7. ab Unione  
personalis.

Responsio.

Vno.  
personalis.

Corporis at proprium est ne cunctas ordine parere

Posit in unius partis habere loco,

Neu momento uno pariter subsistat ubiq;

Sed certo clausum limite se teneat

At nusquam deitas spatij distincta locorum est

Tota sed in cunctis extat ubiq; locis.

Sic caro finita est ab eo & infinitus hic illam.

Sustinet & qualem sumpserat usq; gerit.

Athanasius Non inclusus ei nec ea quasi carcere umbras

Quin patris interea compleat ille simum

Quoniam ex proprium manet intra corpus & extra

Omnia cumq; Deo patre potenter agit.

Qui cum carne sua licet hanc non sistat ubiq;

Totus homo totus regnat ubiq; Deus.

Vt neq; confundit naturas unio sic &

Propria personam soluere neutr. queunt

Nec conjuncta situ duo sunt proinus unum

Vnio consistit non paritate loci.

Semper ubiq; quidem ab eo est ubi corporis at ipsa

Non, ubiunque ab eo dicitur esse caro:

Namq; inserta ab eo manet & gestatur ut illi

Propria ueretur quomodo cung; loco

Disparitate loci non soluitur unio Christi

Vtraq; cum proprijs integra forma manet.

Filius ergo Dei quoniam caro factus in illa

Tot. Christi Naturae pariter ius utriusq; gerit.

stus ubique Iam quoq; cum caelos omnes transcedit idemq;

sed non totum. Commune imperium cum patre solus habet

tum id est, vtraq; ipsi Non totum Christi sed totus Christus ubiq;

patura. Verus homo in caelis uerus ubiq; Deus

Unio personæ quoniam communia toti  
 Propriaque forma sunt in utraq; facit  
 At nonne omnipotens proprio cum corpore Christus  
 Dispensare queat quomodo quando uoleat?  
 Non quia cuncta potest Deus omnia uelle putandus  
 Norma uoluntatis uox sit aperta Dei  
 Naturæ quem nolle sue contraria certum est  
 Mentiri quoniam debilis ille nequit  
 Nec diuina potest abolere potentia uerum  
 Cum uerax & que sit Deus atq; potens  
 Ergo nec illa potest hic contradic̄tio Christi  
 Carnis non uerae carnis habere locum  
 Quæ finita simul simul infinita sit uno  
 Tota loco & cunctis tota subinde locis  
 Cui sua membrorum dimensio desit et adsit  
 Nunc insensibilis sensibiliq; simul  
 Non natura eadem contraria propria sumit  
 His quia sublati res simul ipsa perit  
 Quum magis hoc ipso se omnipotentia Christi  
 Exerit in Coena uera probanda modo  
 Numinis arcana tibi quod uirtute potenteris  
 Copulat unitum se ab yō & atq; caro  
 Corpus & in Cœlis remanens commune superne  
 Hic procul in terris applicat ipse tibi  
 Ne qua loci impedit firmum distantia nexum  
 Quo caput in membris membrāq; sunt capitis  
 Hac sunt quæ in Coena Christus miracula prestat  
 Abdita & autori non nisi nota Deo  
 Interiore quidem manifesto cognita motu  
 Verum quo si aut non penetranda modo

Responsio  
ad omni-  
potentiā Chri-  
sti.

Ab impossibili contra-  
dictione.

Damascenus

Omnipotē-  
tia Christi  
in cena quo-  
modo vere  
agnoscēda.

Hæc fieri qui posse negat præsentia si non  
 Corporis ad panis sit redigenda locum:  
 Nonne creatori uim derogat atq; prophano  
 Ore quod omnipotens sit Deus ipse negat?  
 Vtra magis ratio est cedo naturalis edendi?  
 Hæc me præsentem quæ capit ore cibum?  
 Anne Dei è manibus quæ uesci cœlitus optans  
 Quod procul est absens mente fideq; capit?

A Glorifica Sic noua non abolet naturam gloria carnis,  
 tione car- Sit licet ad dextram tota locata patris.  
 nis. Quod fuit infirmum prius exuit, integra uero  
 Propria non posuit corporis illa sui:  
 Quæ nisi nunc eadem retinet, si spiritus illa,  
 Nunc fieri coepit quæ fuit ante lato:  
 Que tibi cum Christo communio? quomodo uere  
 In Coena corpus prebeat ille suum?  
 Que tibi certa fides? quæ nam spes firma salutis?  
 Vnde reuersurum quandaré dabit aïs?  
 An tua qualis erit caro quam post fata resumes?  
 Cui conformis? Vbi quando resurget erit?  
 Hæc siquidem massa quasi glutine nostra uiciissim  
 Ceu capiti debet massa coire Deo.

Obiectio 8 Unicus ergo poli captum uelut angulus ambit  
 Ut latet in cauea clausa uolucris, aïs.  
 Angelicoue sedens exercet in agmine ludos  
 Prorsus ut in terris nil alienus agat.

Responsio: Desine nugator sic Christi illudere regno  
 Scommata qua fingas talia fronte uide.  
 Siccine cœlorum uastissima regia Christo  
 Illa Dei sedes inclita carcer erit?

*Lucida quæ cœlos super omnes altior exit*

*Actereas extra tota remota plaga.*

*Hic ubi maiestas cantis diuina beatis*

*Angelicoq; patet conspicienda Choro.*

*Christus ubi regnans super omnia regna sacerdos.*

*Summus in arcana luce remotus agit :*

*Vtq; Homines interq; Deum datus ille sequester*

*Tertullian⁹.*

*Partis depositum nunc utriusq; tenet*

*Sic in se carnis quoq; pignus seruat ut olim*

*Tota sub hunc ueniat summa redacta locum;*

*Cuius certa spei nostris diuinus ab alto*

*Mentibus interea spiritus arra datur.*

*Hæc augusta domus tot sedibus ampla beatis*

*Certa apud æternum mansio fixa patrem.*

*Quam nisi discipulis, ubi nunc est ipse, parauit,*

*Nulla tibi Cœli portio, nulla Dei est.*

*Et tibi si spes est adeundi corpore Christum*

*Num species animo carcere illa subit?*

*Non puto: tunc etenim libertas integræ uitæ*

*Prorsus in hac carne est restituenda p̄ys,*

*Quos quocunq; Deus Cœli in regione reponet*

*Hic ut in optata sede libenter erunt.*

*Hic ubi non oculis non auribus ullius hausta*

*Gaudia non hominis cognita corde ferent.*

*Anne quot in terris loca circumscriptus obibat*

*Vincula tot captus pertulit ille locis?*

*Et iam uero illi Cœlorum gloria carcere,*

*Eius in immensum ni caro tendat erit?*

*In certo est, quocunq; loco uult, corpore Christus,*

*Et tamen imperio cuncta potente gerit.*

90

Augustinus: Quomodo quia tamen cœli sit parte prophanum est  
Quererere, si in Cœlo credimus esse, sat est.  
Non nostrum est animis secreta euoluere Cœli  
De Domini statuat corpore digna fides:  
Nam quanquam ascendens ex hoc semel orbe recepit  
Et procul ad dextram nunc sedet ille patris,  
Non uirtute tamen sua deserit orphana membra  
Organæ qua uitæ, que sua tempora facit  
Cum duo conueninnt uel tres in nomine Christi  
Inter eos medius numine Christus adest  
Inquit habitans animis ad tempora mundi  
Ultima patronus proximus usq; manet.

Recapitula Si sociamur ei massamq; coimus in unam  
tio cū Chri to. Ad proprium uelut membra redacta caput  
Quos magis atq; magis quasi corporis unius artus

A Consen- Copulat hic unus spiritus una fides  
sum Articu Congruit ista Dei uerbo sententia cunctis  
lorū Fidei. Articulis fidei congruit ista fides  
Quam nisi quem plane uiolentus fascinat error  
Quam nisi Blasphemus nemo negare potest  
Hæc uita hæc animus est, ceu nucleus atq; medulla  
Qua sine Coena ru:is quid nisi ritus erit?  
Neu quibus obruitur sapientia tanta tenebris  
Primus hic et summus religionis apex:  
Unika turbatas que consolatio mentes  
Fulcit et in media uiueræ morte facit  
Ne precor hanc nostro deleri in pectore lucem  
O patris æterni lux et imago finas  
Quam Satan as adeo suprema conscius horæ  
Turbidus hinc armis conterit inde dolis

Sacra tua quoties adeo conuiua mensæ  
Tamq; salutares hic quoq; gusto dapes.

Preçatio de verâ corporis Chri-  
sti novâ via.

Fac me Christe tuus tibi spiritus uniat uni,  
Partic pem carnis sanguinis atq; tui:  
Ut tibi ceu capiti ceu uiti paluus adhærens  
In te iustitia iustificante fruar,  
Insertusq; tuae uelut intima plantula massæ  
Inde traham uitæ uiua alimenta fide:  
Tu mihi uiuifco recreatum numine pectus  
Erige, me flatu sanctificante rege.  
Ut maneat in me maneatq; reconditus in te  
Corporis ut membrum sim maneatq; tui,  
Vi cognata tuis ex ossibus ossa resumens  
Sim noua Deq; tua carne renata caro,  
Mortua peccatis et tam mundæ insita carnæ  
Tota creature facta recentis opus,  
Archetypusq; mea lucis in imagine, dona,  
Quæ ab eo in propria carne operaris, alatæ.  
Sic crucis obsequio tua te Comitabor imago  
Funeris et uitæ compos imago tuae,  
Hoc conforme tuo donec cum corpore corpus  
Membraq; glorifices assimulata tuis  
Gaudia cum regnans inter Cœlestia tecum  
Cuius in aeterna luce beatus agam.

A 1914271

